Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

DA BOX



LN 205 ex. 2

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

TEXTVS OMNIVM

Epiſtolarum beatiſſimi Pauli apoſtoli ad
caſtigationem emendatiorum codicum verſionis Eraſmi
Roterodami/ in publicam ſtudioſorum vtilitatem/
ac imprimis illorum qui veram amant The-
ologiam. Jam quibuſdam in ſcho
lis ſyncere tradi ceptam/
recens editus.

Addita ſunt in ſingulas eiuſdem apoſtoli epiſtolas
argumenta per eundem Eraſmum/cum pauciſ-
ſimis ſcholiis marginalibus quibus lectoris
diligentia et iuuari et excitari poteſt.

Roſchildie. m d xxxiiij.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

In epiſtolam beati Pauli apoſtoli ad Rhomanos argumentum per Eraſmum Roterodamum.

PRiuſq̃ argumentum huius aggrediar epiſtole/fortaſſis haud fuerit alienum/ de nomine Pauli paucis attingere. Non me fugit Hieronymum in commentarijs/quos ſcripſit in epiſtolam ad Philemonem/ in hac eſſe ſententia/ vt exiſtimet Apoſtolum prius vocatum Saulum/Pauli vero cognomen ceu tropheum vſurpaſſe a Sergio Paulo proconſule/ quem Chriſto lucrifecit/ quemadmodum legimus in Actis apoſtolorum capite decimotertio. Rurſus alios eſſe quibus placeat in Judaiſmo dictum Saulum/ mutata religione ſimul et nomen mutaſſe. Sed alteram opinionem minus probabilem facit/ quod Lucas hoc ipſo/ quod modo citauimus/capite ſcribit/ Saulus qui et Paulus/ repletus ſpiritu ſancto/ haud obſcure declarans eum binominem fuiſſe priuſq̃ Sergius Paulus eſſet conuerſus. Alteram plane refellit/ ꝙ cum alijs aliquot locis/tum in eodem capite Saulus dicitur iam Chriſti predicans euangelium. Dixit illis ſpiritus ſanctus/Segregate mihi Saulū et Barnabam. Proinde mihi vero propior videtur Origenis opinio/quemadmodū in veteris inſtrumenti libris aliquot comperimus diuerſis nominibus notatos/ velut Jdida dictum/ qui alias vocatus eſt Salomon/ et Oziam alicubi dictum/qui alibi ſit Azarias. Item in euangelicis literis Luce/dictum Leui/ qui ſe in ſuo euangelio Mattheum nominat/ita Paulo geminum fuiſſe vocabulum/ quanq̃ ipſe in ſuis epiſtolis ſe nunq̃ Saulum appellat/ſed vbiq; Paulū/fortaſſis ob id ꝙ Pauli vocabulum Grecorum ac Romanorum/ad quos ſcribebat/ auribus eſſet familiarius. Saulus enim ſic a Saul Hebrea voce deflexum apparet/vt Greci a Joſeph Joſephum deflexerunt. Paulus autem Hebreis ſonat mirabilem/ ſi tamen ferendum putamus Romane ſeu Grecanice vocis etymologiam a peregrina lingua peti. Quod tamen Hieronymus cum alicubi in alijs reprehendat/hic ſibi permittit/opinor/vt in re non admodum ſeria. Certe Grecis ſonat quietum/ Latinis puſillum. Saul Hebreis ſonat poſtulatum/et ſi Ambroſio credimus/ inquietudinem ſiue tentationem. Atq; hec quidem de ratione nominis/vt in argumento pene plus ſatis. Ceterū dictauit hanc epiſtolam excipiente Tertio/ quod is quoq; in calce epiſtole teſtatur/adijciens/ Saluto vos ego Tertius/ qui ſcripſi epiſtolam/in domino. Miſſam aparet e Corintho per Pheben feminam Cenchreenſem. Eſt autem Cenchree portus Corinthiorum/ haud procul ab vrbe diſſitus. Quod ſi tempus quoq; requiratur/ſcriptam apparet poſt vtranq; ad Corinthios epiſtolam (vnde putant in hac abſolute iam et confirmate pietatis argumenta potiſſimum elucere) id temporis/cū peragrata iam Achaia/ in qua Corinthus eſt. et huic finitima Macedonia vſq; ad Jllyricum/ ac non ſolum predicato vbiq; Chriſti euangelio/ in his duntaxat locis/in quibus aliorum apoſtolorum nemo predicauerat/verumetiam iuxta Petri monita/collecta a ſuis aliquanta pecunia in ſubſidiū pauperū/ adornaret iter Hieroſolymam/ vt exhibito quod acceperat/illinc proficiſceretur in Hiſpaniam/ Roma iter facturus/atq; illic obiter ſalutaturus Chriſtianos/ de quorum fide ac religione audierat/cum ipſos nondum vidiſſet. Acciderat enim illis diuerſum quiddam atq; Galatis. Siquidem hi primum recte a Paulo inſtituti/poſtea fraude pſeudapoſtolorum circumuenti ſunt/et retracti in Judaiſmum. Contra/Romani primū male inſtituti a pſeudapoſtolis/ ſimulatq; pro ſua prudentia ſenſerant fraudem/reſipuerunt/et in eo quod rectum eſſe cognouerunt perſeuerabant. Nam in eccleſie naſcentis primordijs erant qui exiſtimarent euangelij gratiam/ quoniam Abrahe poſteris/et Judaice genti peculiariter promiſſa videbatur/nō eſſe propagandam in profanas gentes/et ſimulacrorum ac demonū cultui deditas. In qua ſententia et Petrum apparet fuiſſe/ qui viſo monendus erat/ vt Cornelium centurionem admitteret/quo nomine mox illi exhibitum eſt negotium Hieroſolymis/ expoſtulantibus ijs/qui ex Judaiſmo cōuerſi fuerant ad Chriſtum/ ꝙ cum incircumciſis habuiſſet commertium/atq; in his probabile eſt et apoſtolos aliquot fuiſſe/ Sic enim legimus in Actis capite vndecimo. Audierunt autem apoſtoli et fratres qui erant in Judea/ quoniam et gentes receperunt verbum dei. Cum autem aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam/ diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circunciſione/ dicentes/ Quare introiſti ad viros preputium habentes/et manducaſti cum illis? Erant rurſus/ qui licet non exiſ-

saul Ebreis

Corinthus in Achaia

timarent gentes prorſus arcendas ab euangelij conſortio/ non admittendas tamen dice-
bant/ niſi circunciderentur ritu Judaico/ perinde quaſi Chriſtus egeret adminiculo legis
Moſaice/ſimul vt euangelij gloriam in ſuam gentem transferrent. Et in Actis apoſtolo
rum capite vndecimo proditum eſt/ eos qui ob perſecutionem/ que accidit a morte Ste-
phani/profugerant in Phenicen/ in Cyprum/et in Antiochiam/nemini predicaſſe Chriſ
tum/niſi ſolis Judeis. Rurſus capite xv. Quidam Judei veniunt Antiochiam/ palam
aduerſus Paulum et Barnabam predicantes/ nō eſſe ſpem ſalutis/ niſi iuxta Moy ſi pre
ſcriptum circumciderentur. Tantuſqꝫ tumultus per hos concitatus eſt/ vt coacto concilio
decretum ſit/ vt Paulus et Barnabas vna cum aduerſarijs Hieroſolymam irent/ et lis
apoſtolorū ac ſeniorū arbitrio componeretur. Atqꝫ illic rurſum acriter obnitentibus non-
nullis/preſertim factionis phariſaice Chriſtianis/cuius fuerat et Paulus/coacta eſt ſyno
dus apoſtolorū et ſeniorum/ac Petri Jacobiqꝫ auctoritate decretum eſt/ ne gentes onera-
rentur lege Moſaica/tantum temperarent ab eſu ſuffocati animantis/ a ſanguine/ a car
nibus ſimulacro immolatis/et a ſtupris. Quod tamen pro ratione temporum/inuincibili
Judeorum ſuperſtitioni datum eſſe vel illud argumento eſt/ ꝙ tria illa iamolim vide-
mus eſſe ſublata/ ac prorſus abolita. Ex eodem fonte nata eſt illa Pauli cū Petro concer
tatio Antiochie/cum gentium apoſtolus cernens ſuos ob Petri ſimulationem periclitari/
palam illum redarguit/ quemadmodū refert ipſe in epiſtola ad Galatas capite ſecundo.
Rurſum Hieroſolymis autore Jacobo/quo purgaret iam inter Judeos ſparſum rumo-
rem ꝙ retrahere videretur a lege Moſaica/ cum ceteris caluitium induxit capiti/ et iux
ta ritum Judaicum purgatus/munus obtulit in templo/ ſicuti refert Lucas Actorum ca
pite vigeſimoprimo. Quo quidem ex loco videtur Jacobus tametſi gentes prius onere le
gis Moſaice propemodum liberaſſet/eſſe tamen in hac ſententia/vt putaret a Judeis exi-
gendam eſſe legis obſeruationem/ vel in hoc/ vt placarentur ij/ qui nondum ſic profece
rant in euangelica veritate/ vt poſſent omnino patrios ritus contemnere. Sic enim loqui-
tur/ vt eſt coniectandum multitudinis congregate nomine Jacobus/ Et ſcient omnes/
quia que de te audierunt/falſa ſunt/ ſed ambulas et ipſe cuſtodiens legem. Nec alia de
cauſa/ opinor/ totondit caput ex voto Cenchreis capite decimooctauo. Conſimili neceſſi-
tate circumcidit Timotheum capite decimoſexto/ cum eſſet matre quidem Judea natus/
ſed patre ethnico. Tante molis erat ex Judeo facere Chriſtianum. Eſt enim ei genti pe-
culiaris quedam pertinacia/ nec vlla fuit vnq̄ꝫ ſue religionis tenacior/ vt eleganter docet
Joſephus in apologia Judaicarum antiquitatum. Ad hec vt Judeorum natio tum om-
nibus orbis nationibus erat peculiariter inuiſa/ ita viciſſim omnes execrabantur illi/ceu
impuros profanos et impios/ adeo vt nec congreſſu dignarentur/ et templum ſuum pol-
lui crederent/ ſi quis forte incircūciſus eſſet ingreſſus. Tantū erat preciſe pellicule ſuperci-
lium. Cum igitur ſpes non eſſet fore/vt Greci Romaniqꝫ legem inuiſam reciperent/ et in-
credibili pertinacia reclamarent Judei/ Paulus intelligens periculum eſſe/ ne tam exitia-
bili deſidio magna ex parte periret euangelij fructus/ et Chriſti gloria Moſaici nominis
obſcuraretur admixtu/ hoc in primis agit vbiqꝫ/ vt legis ceremonias abroget atqꝫ anti-
quet/omnemqꝫ ſalutis adipiſcende fiduciam in vnum Chriſtum transferat. Sicut autem
Galatas acriter/ſed tamen amanter obiurgat/ꝙ eſſent in Judaiſmū adducti/ita Roma-
nos premunit et inſtruit/ ne ab pſeudapoſtolis/ quos ſciebat nuſq̄ꝫ ceſſare/ illaqueentur
incauti/ſed in recta doctrina quam amplecti cepiſſent/ perſiſterent. Erat enim Rome in-
gens Judeorum numerus/ ſiue illuc a Pompeio tranſlatus/ ſiue ꝙ iam Romanorum
eſſet prouincia Judea/ quorum ſuperſtitio crebro/ et apud Juuenalem atqꝫ Horatium et
apud Senecam notatur. Cum quibus et Paulo multum negotij fuiſſe/ poſteaq̄ꝫ Ro
mam perueniſſet/teſtatur extremum caput actorum apoſtolicorū/ ac miro conſilio ſingu-
laris artifex in hac epiſtola ſermonem temperat inter Judeos et gentes/ dum ſtudet om
nes omnibus modis ad Chriſtum pellicere/ neqꝫ vult/ ſi fieri poſſit/ quemq̄ꝫ omnino
mortalium perire ſuo duci cui militabat. Jtaqꝫ nunc hos obiurgat/nunc illos/ nunc rur-
ſus erigit/ac ſubleuat. Gentium ſupercilium deprimit/oſtendens nihil illis profuiſſe/neqꝫ
nature legem/neqꝫ philoſophiam/cuius profeſſione tumebant/ quo minus in omne ſcele-
rum dedecus prolaberentur. Rurſum Judeorum arrogantiam cohercet qui legis fiducia
perdidiſſent id/ quod erat totius legis caput/fidem in Chriſtum Jeſum/ docens legis ce-
remonias antiquatas eſſe/iam coruſcante Chriſti euangelio/ quē legis vmbre deliniarant/
abrogata iam otia ſabbatorum/ circūciſionis iniuriam/calendarum recurſus/ter quotan
nis redeuntes ferias/ delectum ciborum/in ſingulos dies iterum ſordidanda lauacra/pe-
cudum innoxiarum lanienam/ templi religionem aſſiduis inquinati cedibus. Has rerum
vmbras emicante luce veritatis euaneſcere/ Veros eſſe filios Abrahe/ qui fidem Abrahe
referrent/vere Judeos eſſe/ qui Chriſtum profiterentur/vere circunciſos/ qui mentem ha

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

berent a fedis cupiditatibus repurgatam/ Veram iuſtitiam ac perfectam ſalutem citra
legis auxilia/per euangelium ac ſolam fidem in Chriſto conferri ex equo omnibus/licet ea
ſalus peculiariter olim eſſet promiſſa Judeis/ ſed ita his promiſſa/ vt prophete non ta⸗
cuerint/ fore ut illis reiicientibus/ ad gentes predicatio Chriſti propagaretur. Per legem
Moſaicam ueram iuſtitiam nulli cõtingere/ſed per fidem/idqꝫ docet tum exemplo Abra⸗
he/ tum variis ipſius legis teſtimoniis. Et ad eum modum detracto vtriſqꝫ ſupercilio/
adempta vtriſqꝫ fiducia ſui/omnes equat in negocio fidei euangelice/ ita gratulans ſaluti
gentium/vt ſue gentis cecitatem paterno deploret affectu/licet illam vbiqꝫ pertinaciſſime
infenſam experiretur/ atqꝫ id per ſe durum/ita mitigat/ vt dicat nec omnes excecatos/
et fore vt aliquando reſipiſcat Judeorum natio/ fide gentium prouocata. Atqꝫ hic obiter
varia multiplexqꝫ doctrina de prefinitis/ ſiue predeſtinatis/ de preſcitis/ de vocatis/ de
gratia et merito/ de libero arbitrio/ de diuino conſilio nobis inſcrutabili/ de lege nature/
de lege Moyſi/de lege peccati. Varii item allegoriarum fontes/dum duos facit Adam/al
terum/quo naſcimur iuxta carnem mortales/alterum/quo renaſcimur immortales futuri
Duos homines/ internum et externum/ internum ſpiritui et rationi parentem/ externum
cupiditatibus et affectibus obnoxium/ quorum priorem aliquando ſpiritum appellat/
poſteriorem interim corpus ſiue membra/interim carnem/aliquoties legem peccati vocat
Duplicem mortem corporis et animi/ et tertiam qua morimur peccato et peccandi affec
tibus. Triplicem item vitam/qua viuimus corpore/qua animo/ et qua viuimus iuſtitie
et peccato/ Duplicem ſeruitutem/ aut libertatem/ qua viciſſim vel innocentie ſeruimus/
emancipati a peccatis/vel peccatis ſeruimus/liberi a iuſtitia/Duplicem Judaiſmum/du⸗
plicem circunciſionem/geminos poſteros Abrahe/duas partes legis Moſaice/carnalem/
veluti corpus/ ſpiritualem/ velut animam legis/ Duplicem baptiſmum/ quo primum
abluimur a peccatis priſtinis ſacro lauacro/ et quo Chriſto cõmorimur/ abdicatis mun⸗
di affectibus/Duplicem ſepulturam/corporalem/qua triduo ſepultus eſt Chriſtus/ et ſpi
ritualem/qua nos ſemoti a mundi vitiis/requieſcimus in illo/ Duplicem reſurrectionem/
alteram que preceſſit in Chriſto/ in nobis ſecutura/ alteram qua nos a peccatis priſtinis
rediuiui/ progredimur a virtute ad virtutẽ/ hac parte quoad licet futuram immortalita
tem meditantes/Duplicem iuſtitiam/dei et hominum/Duplex iudicium/ dei et hominum
Duplicem gloriam ſiue laudem/apud deum et apud homines/His diſſertis/tranſit ad lo
cum moralem/ in primis adhortans ad mutuam concordiam/ exemplo membrorum cor⸗
poris. Et quoniam pax conſtare nõ poteſt/vbi faſtus eſt aut liuor/obſecrat/vt obſequiis
mutuis mutuum amorem alant foueantqꝫ/Romanos vt Judeorum infirmitatem ex diu⸗
tina legis aſſuetudine relictam/ferant/Contra Judeos/ne gentibus in euangelii conſortiũ
aſcitis inuideant/ſed illorũ fidem ac libertatem potius emulentur/ et cum idem ſit omniũ
deus/idem Chriſtus/eadem gratia idem premium/omnes in vnũ corpus coaleſcant/neqꝫ
quiſqꝫ ſibi arroget quicqꝫ/ſed ſi qua dote precellat aliquis/eam ad fratris opẽ accõmodet.
Atqꝫ hunc locum varie tractat/docens/ quales ſe preſtare debeant erga Judeos incredu⸗
los/ quales erga Chriſtianos ſuperſtitioſiores/ſiue/vt ipſe vocat/ infirmos/ quales erga
ſuperiores/quales erga inferiores/ quales erga pares/ quales erga principes ac magiſtra
tus ethnicos/ſed ſuo vtcunqꝫ fungentes officio/quales in proſperis/ quales in aduerſis.
Deinde rurſum laude Romanorum mitigat admonitionis acerbitatem/ et ſuam apud il
los autoritatem commendat/commemorans quanto plus ceteris promouerit in euangelio
Chriſti/declarat quanta teneatur illos videndi cupiditate/et ſpem facit ſui aduentus/cur
eum differre cogatur aperit/laudans ſpontaneam Macedonum et Corinthiorum in pau⸗
peres ſanctos liberalitatem/tacite ac verecunde Romanos ad emulandum prouocans. Ca
put extremum pene totum occupat ſalutationibus/ non frigide congeſtis multorum nomi
nibus/ ſed mire ſuo cuiqꝫ addito elogio. Poſtremo quoniam penitus nouerat et pſeuda
poſtolorum improbam verſutiam/ et Romanorum ſimplicitatem/ ac facilitatem/admo
net etiam atqꝫ etiam caueant/ ne illorum blandiloquentia fallantur. Quanqꝫ autem ho⸗
rum pleraqꝫ peculiarius ad eam pertineant etatem/in qua rudis adhuc paulatim ſuppul
labat eccleſia/Judeis et gentibus admixta/ ac principibus ethnicis obnoxia/tamen nihil
eſt/vnde non ad hec quoqꝫ tempora ſalutaris aliquid doctrine poſſit accõmodari/ veluti
de fugienda ſuperſtitione/que diſſidiorũ eſt ſeminariũ/et ſic habet ſpeciem pietatis/vt ni
hil ſit vere pietati aduerſius/de ſtulta fiducia philoſophie mũdane/de merito fidei/de vi
tando faſtu/ de toleranda alicubi minus eruditorum aut ſuperſtitioſiorum imbecillitate/
de mutuis obſequiis/alenda concordia/de ferendis aliquouſqꝫ malis pricipibus et impiis
epiſcopis/ne turbetur ordo ſtatus publici/de malefactis beneficentia ſuperandis/ de nõ iu
dicando quod ad te non pertineat/ de commode interpretando quicquid recto animo fieri
poteſt/ de cauenda inſidioſa blandiloquentia/ aliiſqꝫ id genus rebus/ in quibus hodieqꝫ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

communis hominum vita verſatur. Sed vtilitatem huius epiſtole equat ac pene ſuperat difficultas / idq; mihi tribus potiſſimum de cauſis accidere videtur / ſiue ꝙ non alibi ſermonis ordo confuſior / nuſq̄; oratio hyperbatis magis hiulca / nuſq̄; anantapodotis crebrius inabſoluta / quod ſubinde queritur interpres Origenes / in huiuſmodi difficultatibus paſſim luctans ac laborans. Quod vtrū interpreti aut ſcribe Tertio ſit tribuendū / an ipſi Paulo / aliorum eſto iudicium. Ipſe ſane agnoſcit ſermonis imperitiam / licet rerum inſcitiam deprecetur. Rurſus adeo non affectauit orationem arte humana compoſitam / vt eam ſibi fugiendam etiam duxerit / ne quid hinc decederet glorie crucis / atq; ob id Origenes exiſtimat ſuperuacaneū eſſe / ſermonis compoſitionem in eo requirere. Hieronymus alias illi vindicat orationis artificium / alias adimit / ingenue confitens e corrupto Cilicum ſermone nonnihil traxiſſe vitij. Auguſtinus etiam rhetorum ornamenta ſoſculoſq; ex huius depromit epiſtolis. Quin et in actis dux verbi eſt / et in epiſtola ad Corinthios priore / ſupra ceteros omnes linguis loquitur. Quamuis enim vt teſtatur Hieronymus / id temporis totus oriens grece loqueretur / tamen vt conſentaneum eſt / apud Celtas non eandem fuiſſe Roman ſermonis caſtimoniam / que fuit Rome / ita verſimile eſt / non parum interfuiſſe inter Cilicem grece loquentem / et Atticum. Ad hec orationis incommoda acceſſit hebraiſmus / cuius idiomata paſſim refert ita grece loquens / vt nihilo ſecius interim Hebreum agnoſcas. Alteram difficultatis cauſam arbitror / ꝙ ob rerum inexplicabiliū obſcuritatem / non alia ſit crebrioribus impedita ſalebris / aut altioribus interrupta voraginibus / adeo vt ipſe relicto quod inſtituerat / exclamare cogatur. O altitudo diuitiarum. Quid ꝙ quedam myſteria prudens ſic attingit / vt ceu per tranſennam dumtaxat oſtendat / pro temporum illorum ratione / proq; captu eorum quibus ſcribit / orationem attemperans. Nouerat et viderat ille quedam / que nefas eſſet homini loqui / et nouit quatenus eſſet opus lacte / quatenus cibo ſolido. Sciebat etatum in Chriſto gradus / et quid cui foret adhibendum. Hoc conſilio Petrus apoſtolus apud rudem contionem verba facturus de Chriſto / virum eum nominat / deum tacet. Tertiam opinor / crebram ac ſubitam perſonarum mutationem / dum nunc Iudeos / nunc gentes / nunc vtrinq; / modo credentes / modo incredulos reſpicit / alias infirmi alias firmi / interim pij / interim impij perſonam ſuſtinet. Quibus rebus fit / vt lector velut in labyrinthis ac Meandris quibuſdam inextricabilibus oberrans / nec vnde ſit ingreſſus ſatis videat / nec qua ſit exitus. Vt mihi non minus vere q̄; eleganter Origenes Paulum adſimilem faciat ei / qui hoſpitem in opulentiſſimi cuiuſpiam principis palatium inducat / diuerſis viarum ambagibus / et conclauium receſſibus perplexum. Quedam autem procul oſtendat / ex ditiſſimo opum theſauro / quedam propius admoueat / quedam videri nolit. Sepe interim per aliud ingreſſus oſtium aliunde exeat / vt hoſpes ipſe miretur vnde venerit / vbi ſit / aut qua ſit exeundum. Agnouit hoc et Petrus apoſtolus in epiſtola ſecunda / teſtans eſſe in Paulinis epiſtolis quedam intellectu difficilia / que parum eruditi parumq; firmi deprauarent ad ſuam perniciem. Nos difficultates has pro virili conati ſumus amoliri / niſi ꝙ quedam Pauline lingue adeo peculiaria ſunt / vt aliquoties mutari non queant / velut hec / fides / gratia / corpus / caro / membra / ſpiritus / mens / ſenſus / edificare / aliaq; huius generis / que vt prorſus mutari non debuerunt / ita quo ad licuit / emollire ſtuduimus.

Argumenti Finis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Epiſtole ad Rhomanos Caput primum.

Paulus ſeruus Jeſu Chriſti/ vocatus ad munus apoſtolicum ſegregatus in euangelium dei/ quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo/ qui genitus fuit ex ſemine Dauid ſecundum carnem/ qui declaratus fuit filius dei cum potētia ſecundū ſpiritum ſanctificationis ex eo quod reſurrexit e mortuis Jeſus Chriſtus dominus noſter/ per quem accepimus gratiam ac muneris apoſtolici functionem/ vt obediatur fidei inter omnes gentes/ ſuper ipſius nomine/ quorum de numero eſtis et vos/ vocati Jeſu Chriſti Omnibus qui Rome eſtis dilectis dei/ vocatis ſanctis/ gratia vobis et pax a deo patre noſtro/ et domino Jeſu Chriſto. Primum quidem gratias ago deo meo per Jeſum Chriſtum/ ſuper omnibus vobis/ quod fides veſtra annunciatur in toto mundo. Teſtis enim mihi eſt deus/ quem colo ſpiritu meo/ in euangelio filii ipſius/ quod indeſinenter mētionem veſtri faciam ſemper in precibus meis orans/ ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter contingat/ volente deo/ vt veniam ad vos. Deſidero enim videre vos/

Segregatus erat a Moſe ad Chriſtū hoc eſt a lege ad euangelium/ a littera ad ſpiritū/ a fiducia operū ad gratiam

In Paulo et ceteris apoſtolis comperies lector/ quod patri fere tribuitur cognomen dei/ Chriſto cognomen domini/ cum vtrumque vocabulum/ vtrique pariter conueniat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

vt aliquod impertiar vobis donum ſpirituale quo confirmemini/ hoc eſt/ vt communem capiam conſolationem in vobis/ per mutuam fidem veſtram/ ſimul et meam. Nolo autem vos ignorare fratres/ ꝙ ſepe propoſueram venire ad vos/ licet prepeditus fuerim ad hunc vſqȝ diem/ quo fructum aliquem haberem inter vos quoqȝ/ quemadmodum et inter reliquas gentes. Grecis ſimul et Barbaris/ eruditis pariter ac rudibus/ debitor ſum/ ita quantum in me eſt/ paratus ſum vobis quoqȝ qui Rome eſtis/ euāgelizare Non enim me pudet euangelij Chriſti. Potentia ſiquidem eſt dei/ ad ſalutem omni credenti/ iudeo primum/ ſimul et greco. Juſticia enim dei per illud patefit ex fide in fidem. Sicuti ſcriptum eſt. Juſtus autem ex fide victurus eſt. Palam fit enim ira dei de celo/ aduerſus omnem impietatē/ et iniuſtitiam hominū qui veritatem in iniuſticia detinēt/ propterea ꝙ id quod de deo cognoſci poteſt/ manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis patefecit. Siquidem que ſunt inuiſibilia illius/ ex creatione mundi/ dum per opera intelliguntur peruidentur/ ipſaqȝ eterna eius potentia ac diuinitas/ in hoc/ vt ſint inexcuſabiles/ prop-

Ex fide in fidem/ hoc eſt/ ex fide promittentis dei/ in fidem hominis credentis/ vel ex fide Judei in fidem gentilis/ ſiue ex fide veteris in fidem noui teſtamenti/ ſiue ex fide legis in fidem Chriſti/ ſiue ex fide verborum in fidem rerum/ aut ex fide predicantiū/ in fidē credentium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

terea ꝙ cum deum cognouerint/ non vt deum glorificauerunt/ neqꝫ grati fue-
runt/ ſed fruſtrati ſunt per cogitationes ſuas/ et obtenebratū eſt inſciens cor
eorum. Cum ſe crederent eſſe ſapientes/ ſtulti facti ſunt/ mutaueruntqꝫ glo-
riam immortalis dei/ per imaginem/ non ſolum ad mortalis hominis ſimili-
tudinem effictam/ verumetiam volatilium et quadrupedum et reptilium.
Quapropter tradidit illos deus per cupiditates cordium ſuorum/ in immun-
ditiam/ vt ignominia afficiant corpora ſua inter ſe mutuo/ qui cōmutarunt
veritatem eius mendacio/ et venerati ſunt colueruntqꝫ ea que condita ſunt/
ſupra eum qui condidit/ qui eſt laudandus in ſecula/ amen. Quamobrem tra-
didit eos deus in cupiditates ignominioſas. Nam et femine illorum mutauē-
runt naturalem vſum/ in eum qui eſt preter naturam. Similiterqꝫ et maſculi/
relicto naturali vſu femine/ exarſerunt per appetentiam ſui/ alius in alium/
maſculi in maſculos feditatem perpetrantes/ et premium (quod oportuit)
erroris ſui in ſeſe recipientes. Et quemadmodum non probauerunt vt deum
agnoſcerent/ ita tradidit eos deus in reprobam mentē/ vt facerent que non

Tradidit illos/ id eſt paſſus eſt ire pre-cipites in varias concupiſcētias. Nam tradere hoc loco permittere eſt/ non in-citare aut immittere/ ſiue impellere/ ali-oqui neceſſitate non electione peccaſſent.

Unde palam eſt probroſas turpitudi-nes/ et obſtinatam in illis mentem/ eſſe norū erroris et inueterate malitie con-dignum premium. Et ideo tradi a deo in ſcripturis eſt ab illo deſtitui et relin-qui ſuis affectibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

conuenibat/ repleti omni iniuſtitia/ ſcortatione/ verſutia/ auaritia/ malitia/ pleni inuidia/ cede/ contentione/ dolo/ malis prediti moribus/ ſuſurrones/ obtrectatores/ dei oſores/ contumelioſi/ elati/ glorioſi/ excogitatores malorum/ parentibus immorigeri/ expertes intelligentie/ pactorum haudquaq̃ tenaces/ alieni a charitatis affectu/ neſcij federis/ immiſericordes. Qui cum dei iuſtitiam nouerint (nempe q̃ ij qui talia faciunt/ digni ſint morte) non ſolum ea faciunt/ verumetiam aſſentiuntur ijs/ qui faciunt.

Aſſentiri maleſacientibus eſt/ Si cum quis poſſit reprehēdere taceat/ Aut obſiſtere/ ceſſat et diſſimulat/ Aut qui fomitem prebet aliorum delictis.

Caput Secundum.

Quapropter inexcuſabilis es o homo/ quiſquis es qui iudicas. Nam hoc ipſo q̃ iudicas alterum/ teipſum condemnas. Eadem enim facis tu/ qui iudicas. Scimus autem q̃ iudicium dei eſt ſecundum veritatem/ aduerſus eos qui talia agunt. Cogitas autem hoc o homo/ qui iudicas eos qui talia faciunt/ et facis eadem/ q̃ tu ſuffugies iudiciū dei? Aut diuitias bonitatis illius ac tolerantie/ lenitatiſq̃ contemnis/ ignorans q̃ bonitas dei ad penitentiam te inuitat? Sed iuxta duritiam tuam/ et cor penitere neſcium/

Oſtēdit etiam illos eſſe peccatores/ qui ſolo affectu/ id eſt concupiſcentia peccant/ etiam ſi ab opere et conſenſu peccati abſtinent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

colligis tibiipſi iram in die ire/ quo patefiet iuſtum iudiciū dei/ qui redditurus eſt vnicuiqȝ iuxta facta ſua/ his quidem qui perſeuerantes in benefaciendo/ gloriam et honorem et immortalitem querunt/ vitam eternam/ ijs vero qui ſunt contentioſi/ et qui veritati quidem non obtemperant/ ſed obtemperant iniuſtitie/ ventura eſt indignatio/ et ira/ afflictio/ et anxietas/ aduerſus omnem animam hominis perpetrantis malum/ Judei primum/ ſimul et Greci. Gloria vero et honor et pax omni operanti bonum/ Judeo primum ſimul et Greco. Non enim eſt perſonarū reſpectus apud deum. Quicūqȝ enim ſine lege peccauerunt/ ſine lege et peribunt/ et quicūqȝ in lege peccauerunt/ per legem iudicabuntur. Non enim qui audiunt legem/ iuſti ſunt apud deum/ ſed qui legem factis exprimunt/ iuſti habebuntur. Nam cum gentes que legem non habent/ natura que legis ſunt/ fecerint/ ee legem non habētes/ ſibiipſis ſunt lex/ qui oſtēdunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis/ ſimul atteſtante illorum conſcientia/ et cogitationibus inter ſe accuſantibus/ aut etiam excuſantibus in eo die/ cum iudicabit dominus occulta hominum/ iuxta euange-

Si redditurus eſt vnicuiqȝ iuxta facta ſua/ nempe perſeuerantibus in benefaciendo vitam eternam/ igitur eſt aliquis operum reſpectus apud deū/ contra ſententiam impiorum/ aſſerentium nos nec ob bona opera ſaluari nec ob mala damnari.

Quia etiam ſi nulla eſſet lex ſcripta/ amplectitur tamen deus et approbat benefacta/ et ideo Judei grauius peccauerunt habentes legem vite ducem/ quā gentiles/ qui abſqȝ legis doctrina ſolo nature inſtinctu ducebantur.

lium meum per Jeſum Chriſtum. Ecce tu Judeus cognominaris/ et acquie
ſcis in lege/ et gloriaris in deo/ et noſti voluntatem/ ac probas eximia/ in
ſtitutus ex lege/ confidiſq; teipſum ducem eſſe cecorum/ lumen in tenebris

Ecce etiam ſi quis adeo precellit in lege vt ſit legis doctor/ et tamen non preſtat factis legē/ nimirū alienus a bonis operibus/ nihil illi prodeſt legis eruditio.

verſantium/ eruditorem inſipientium/ doctorem imperitorum/ habētem for
mam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur doces alium/ teipſum
non doces/ qui predicas non furandum furaris/ qui dicis non adulteran
dum adulterium committis/ qui execraris ſimulacra ſacrilegium admittis/

Sibi pulchre placebant tanq; legis cuſtodes/ q; opere externo abſtinebant a quibuſdam viciis craſſioribus/ cum in animo erant concupiſcentia et cōſenſu contaminatiſſimi.

qui de lege gloriaris/ per legis trāſgreſſionē deum dehoneſtas. Nam nomen
dei propter vos male audit inter gentes/ quemadmodum ſcriptum eſt. Nam
circumciſio quidem prodeſt/ ſi legem ſeruaris. Qd ſi tranſgreſſor legis fue
ris/ circumciſio tua in preputium verſa eſt. Ergo ſi preputium iuſtificationes
legis ſeruauerit/ nonne preputium illius pro circumciſione imputabitur? et iu
dicabit quod eſt ex natura preputium/ ſi legem ſeruauerit/ te qui per litteram
et circumciſionem tranſgreſſor eſt legis? Non is qui in manifeſto Judeus
ſit/ Judeus eſt/ nec ea que in manifeſto ſit carnis circūciſio/ circumciſio eſt

Hoc eſt/ non is eſt verus Judeus/ qui tantum habet carnem circūciſam/ ſed qui mentem habet puram et mundam ab omni inquinamento perverſe concupiſcentie.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſed qui in occulto Iudeus fuerit/ is Iudeus eſt/ et circumciſio cordis circum ciſio eſt/ que ſpiritu conſtat/ non littera/ cuius laus non ex hominibus eſt/ ſed ex deo.

Spiritus circumciſionis eſt intelligere illam eſſe ſignum ſolum/ et in ea ſalutem non conſiſtere. Littera vero circumciſionis/ eſt credere in ea ſalutẽ cõſiſtere

Caput Tertium

Quid igitur habet in quo precellat Iudeus? aut que vtilitas circumciſionis? Multum per omnem modum Nam primum quidem illud/ q illis cõmiſſa ſunt oracula dei. Quid eñi ſi quidam fuerũt increduli? Num incredulitas illorũ fidem dei faciet irritam? Abſit Imo ſit deus verax/ omnis autem homo mendax. Queadmodũ ſcriptum eſt Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Nõ ſi iniuſtitia noſtra/ dei iuſtitiam commendat/ quid dicem⁹? Num iniuſtus deus/ qui inducat irã? (humano more loquor) Abſit. Nam quomodo iudicabit deus mundum? Etenim ſi veritas dei/ per meum mendatium excellnit in gloriam ipſius/ quid poſthac et ego veluti peccator iudicor? Ac non potius (quemadmodum de nobis male loquuntur/ et ſicut quidam aiunt nos dicere) faciamus mala/ vt veniant bona/ quorum damnatio iuſta eſt. Quid igitur? precellimus eos? Nullo modo.

Preparatior enim videtur ad legẽ euangelicam et fidem qui legis promiſſa tenet/ et vero propior eſt qui veri tenet imaginem.

Vincit autem deus quando dat/ quod perfidi non credentes negant illum daturum/ et punit peccantes qui negant illum puniturum.

In ſubuerſores liberi arbitrij iſta competunt/ qui aſſerunt non minus impudentur q̃ impie nos neceſſitate peccare.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Nam ante cauſis redditis oſtendimus et Judeos et Grecos omnes pec-
cato eſſe obnoxios/ ſicut ſcriptum eſt. Non eſt iuſtus/ ne vnus quidem/
non eſt qui intelligat/non eſt qui exquirat deum/ omnes deflexerunt/ ſimul
inutiles facti ſunt/non eſt qui exerceat bonitatem/ non eſt vſq3 ad vnum.
Sepulchrum apertum guttur eorū/ linguis ſuis ad dolum vſi ſunt/ venenum
aſpidum ſub labiis eorum. Quorū os execratione et amarulentia plenum eſt
veloces pedes illorum ad effundendum ſanguinem. Contritio et calamitas
in viis eorum/ et viam pacis nō cognouerunt. Non eſt timor dei coram ocu-
lis eorum. Scimus autem ꝙ quecūq3 lex dicit/ his qui in lege ſunt/ dicat/ vt
omne os obturetur/ et obnoxius fiat totus mundus deo/ propterea ꝙ ex
operibus legis non iuſtificabitur omnis caro in conſpectu eius. Per legem
enim agnitio peccati. Nunc vero abſq3 lege iuſtitia dei manifeſta eſt/ dum
comprobatur teſtimonio legis ac prophetarum. Juſtitia vero dei per fidem
Jeſu Chriſti in omnes/ et ſuper omnes eos qui credunt. Non enim eſt diſ-
tinctio. Omnes enim peccauerunt/ ac deſtituuntur gloria dei. Juſtificantur

Neq3 quia dixit omnes deflexerūt totam penitus plebē ſignificat/ ſed hanc partem plebis/ in qua omnes mali ſe condiderant Semper enim duo populi ſunt in vna plebe.

In obliuionem enim venerat lex nature/ et ideo opus erat lege ſcripta/per quam quiſq3 ſuum peccatū agnoſceret. Nam gradus quidam eſt ad ſanitatem morbum ſuum cognoſcere.

autem gratis per illius gratiam / per redemptionem que eſt in Chriſto

Jeſu/ quem propoſuit deus reconciliatorem/ per fidem interueniente ip-

ſius ſanguine/ ad oſtenſionem iuſtitie ſue / propter remiſſionem preterito-

rum peccatorum/ que deus tolerauit/ ad oſtendendam iuſtitiam ſuam in pre-

ſenti tempore/ in hoc/ vt ipſe ſit iuſtus/ et iuſtificās eum/ qui eſt ex fide Jeſu

Ubi igitur gloriatio? Excluſa eſt. Per quam legem? Operum? Non. imo

per legem fidei. Arbitramur igitur fide iuſtificari hominem abſqꝫ operibus

legis. An Judeorum deus tantum? An non gentium? Certe et gentium.

Quandoquidem vnus deus/ qui iuſtificabit circumciſionem ex fide/et prepu-

tium per fidem. Legem igitur irritam facimus per fidem? Abſit/ imo legem

ſtabilimus.

Caput Quartum.

Quid igitur dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecūdum

carnem? Nam ſi Abrahā ex operibꝫ iuſtificatus fuit/ habet quod glorietur/ at

nō apud deū. Quid em̄ ſcriptura dicit? Credidit aūt Abrahā deo et imputatū

eſt ei ad iuſtitiam Ei vero qui operatur/ merces nō imputatur ſecūdū gratiam

Preterita enim peccata per fidē et baptiſmum condonantur/ non autem futura. Neqꝫ vero licet iterare peccata prius condonata. Nam hoc eſſet canem reuerti ad vomitū/ et ſuem lotam redire ad volutabrum ceni. .i. Petri iij.

Nam imputari/ ſiue acceptum ferri/ proprie dicitur quod reperſolutū nō eſt ſed tamen ex imputantis benignitate pro ſoluto habetur. Deus enim noſtra fiducia in illum placatus/ pro ſoluto habet/quod tamen omnibus humanis viribus impar eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſed ſecūdum debitum. Porro ei qui non operatur/ ſed credit in eum qui iuſti-
ficat impium/ imputatur fides ſua ad iuſtitiam Queadmodū et Dauid expli-
cat beatificationem hois/ cui deus imputat iuſtitiam abſq3 operibus Beati

Remittere tegere/ et nō imputare/ vna ratio et vnus ſenſus ſecundum Ambroſium. Vnde beatitudinem hominis remiſſionem pctōrum per fidem appellat

quorum remiſſe ſunt iniquitates/ et quorū obtecta ſunt peccata Beatus vir cui
non imputabit dñs peccatum. Beatificatio igitur hec in preputium tantum
an et in circumciſionem deuenit? Dicimus enim ꝙ imputata fuerit Abrahe
fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo imputata eſt? cum eſſet in circumciſione/
an cum eſſet in preputio? Non in circūciſione/ ſed in preputio. Et ſignum ac-
cepit circumciſionis ſignaculum iuſtitie fidei/ que fuerat in preputio/ vt eſſet

Non vt Abraham eſſet iuſtitie parens ſed typus quidam vere circumciſionis Hoc eſt innocentie ſecuture in his/ qui credituri eſſent Chriſto.

pater omnium credentium per preputium/ vt imputaretur et illis iuſtitia et
pater circumciſionis/ hijs qui non ſolum genus ducerent a circumciſis/ verum
etiam ingrederentur veſtigiis fidei/ que fuit in preputio patris nři Abrahe
Non enim per legem promiſſio contigit Abrahe/ aut ſemini eius/ illum
heredem fore mundi/ ſed per iuſtitiam fidei. Etenim ſi hij qui ad legem
pertinent/ heredes ſunt/ inanis facta eſt fides/ et irrita facta eſt promiſſio/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Nam lex iram operatur/ Siquidem vbi non eſt lex/ ibi nec tranſgreſſio eſt/

> Non cōtra legem hic loquitur Paulus ſed legi fidem anteponit. Quia qui per legem ſalui eſſe non poterant/ gratia dei per fidem ſaluantur.

Idcirco ex fide datur hereditas/ vt ſecundum gratiam/ vt firma ſit promiſſio vniuerſo ſemini/ non ei/ quod eſt ex lege tantum/ verumetiam ei/ quod eſt ex fide Abrahe/ qui eſt pater omnium noſtrum Sicut ſcriptum eſt. Patrem multarum gentium conſtitui te/ nimirum ad exemplum dei cui crediderat/ qui vite reſtituit mortuos/ ac vocat ea que nō ſunt tanq̄ ſint/ qui preter ſpem ſub ſpe credidit ſe fore patrem multarum gentium/ iuxta id quod dictum eſt.

> Inuictiſſima expectatione futurorum teſtatus eſt Abraham/ cum dei promiſſoris fidem/ tum omnipotentiam.

Sic erit ſemen tuum. Ac non infirmatus fide/ haud conſiderauit ſuum ipſius corpus iam emortuum/ cum centum fere natus eſſet annos/ nec emortuam vuluam Sare/ verum ad promiſſionem dei non heſitabat ob incredulitatem/ ſed robuſtus factus eſt fide/ tribuens gloriam deo/ certa perſuaſione concepta/ q̄ is qui promiſerat/ idem potens eſſet et preſtare. Quapropter etiam imputatum eſt illi ad iuſticiam. Non ſcriptum eſt autem ꝓpter illum tantum/ imputatum fuiſſe illi/ ſed etiam propter nos/ quibus imputabitur/ credentibus in eum/ qui excitauit Jeſum dominum noſtrum a mortuis/ qui

> Illos ergo tantūmodo iuſtificat Chriſtus/ qui nouam vitam exemplo reſurrectionis Chriſti amplexi ſunt/ et vetuſta iniuſtitie atq̃ iniquitatis indumēta/ velut cauſam mortis abiecerunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

traditus fuit propter peccata noſtra/ et excitatus eſt propter iuſtificationem noſtri.

Caput Quintum

Juſtificati igitur ex fide/ pacem habemus erga deum/ per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum/ per quem et contigit nobis/ vt fide perduceremur in gratiam hanc/ in qua ſtamus et gloriamur ſub ſpe glorie dei. Nec id ſolum verum etiam gloriamur ſuper afflictionib⁹/ ſcientes/ ꝙ afflictio patientiam pariat/ patientia vero ꝓbationē/ probatio autem ſpem Porro ſpes nō pudefacit/ ꝙ dilectio dei effuſa ſit in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū/ qui datus eſt nobis. Chriſtus enim/ cum adhuc eſſemus infirmi iuxta temporis rationem/ pro impiis mortuus eſt. Nam vix pro iuſto quiſq̃ morietur. Siquidem pro bono forſitan aliquis etiam mori ſuſtinet Commendat autem ſuam charitatem erga nos deus/ ꝙ cum adhuc eſſem⁹ peccatores/ Chr̄us pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis iuſtificati nunc ſanguine eius/ ſeruabimur per eum ab ira. Nam ſi cum inimici eſſemus/ recōciliati fuimus deo per mortem filii eius/ multo magis reconciliati ſeruabimur per vitam ipſius. Non ſolum

Spes futurorum omnem pudorem et confuſionem expellit/ vnde probatur non habere fidem/ qui in preceptis confunditur. Deinde magnitudo benefitiorum/ excitat in ſe magnitudinem charitatis/ que confundi et timere nō nouit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

autem hoc/ verumetiam gloriantes in deo per dñm noſtrũ Ieſum Chrm

per quem nunc reconciliationem aſſecuti ſumus. Propterea quemadmodum

propter vnum hominem peccatum in mundum introijt/ ac per peccatum mors

Hic ſubaudiendum eſt/ Ita per vnum Chriſtum/ in quo renaſcimur oẽs per fidem/ innocentia inducta eſt/ et innocentie comes/ vita

et ſic in oẽs hoĩes mors peruaſit/ quaten⁹ omnes peccauimus Vſqʒ ad legem

enim peccatum erat in mundo/ porro peccatum non imputatur/ cum non eſt

lex Imo regnauit mors ab Adam vſqʒ ad Moſen/ in eos quoqʒ qui nõ pecca

uerant ad ſimilitudinem transgreſſionis Adam/ qui typum gerit illius futuri.

At non vt peccatum/ ita et donum. Nam ſi vnius delicto multi mortui ſunt

multo magis gratia dei/ et donum per gratiam que fuit vnius hominis Ieſu

Nomen gratia ſignificat remiſſionem peccatorũ/ Donum per gratiam/ ſignificat ſpiritum ſanctum/ qui effunditur in corda eorum quibus peccata remittuntur/ qui ſanctificat et viuificat/ et nouam creaturam gignit.

Chri/ in multos exuberauit Et nõ ſicut per vnum qui peccauerat venerat mors

ita donum. Nam condemnatio quidem ex vno delicto ad condemnationem/

donum autem ex multis delictis ad iuſtificationem. Etenim ſi per vnius de/

lictum mors regnauit per vnum/ multo magis ij/ qui exuberantiam gratie et

doni iuſtitie accipiunt/ per vitam regnabũt autore vno Ieſu Chriſto Itaqʒ

ſicut per vnius delictum propagatum eſt malum in omnes homines ad con

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

dem̃nationem/ ita et per vnius iuſtificationem propagatur bonum in omnes homines ad iuſtificationem vite. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis/ peccatores conſtituti ſumus multi/ ita per obedientiam vnius/ iuſti conſtituentur multi. Ceterum lex obiter ſubiit/ vt abundaret delictum. Ubi vero exuberauit peccatum/ ibi magis exuberauit gratia/ vt quemadmodum regnauerat peccatum in morte/ ſic et gratia regnaret per iuſtitiam ad vitam eternam/ per Jeſum Chriſtum.

Quos ſupra omnes dixit/ hic plures et multos ſignificat. Plures enim Ade delictum ſequuti ſunt preuaricando/ non oẽs/ Et multi iuſti conſtituentur non oẽs/ quia tantũ fideles futuri ſunt iuſti

Magis exuberauit gratia/ quia peccatum ad tempus regnabat. Gratia vero perpetuo regnabit.

Caput Sextum

Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit. Qui mortui ſumus peccato/ quomodo poſthac viuemus in eodem? An ignoratis/ ꝙ quicunqꝫ baptizati ſumus in Chriſtum Jeſum/ in mortem eius baptizati ſumus? Sepulti igitur ſumus vna cum illo per baptiſmum in mortem/ vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriam patris/ ita et nos in nouitate vite ambulemus. Nam ſi inſititij facti ſumus illi per ſimilitudinem mortis eius/ nimirum et reſurrectionis participes erimus/ Illud ſcientes/ ꝙ vetus ille noſter homo cum illo crucifixus eſt/ vt

Vt mors Chriſti habet ſimilitudinem mortis peccati in nobis/ ita reſurrectio eiuſdem habet ſimilitudinem noue vite in baptiſmo profeſſe. Quemadmodum igitur (vt antea dixit ca: ij.) circumciſio prodeſt ſi legem ſeruaueris/ Ita baptiſmus quoqꝫ prodeſt ſi innocẽter vixeris/ mandataqꝫ ſeruaueris/ Alioqui nec circũciſio/ nec baptiſmus quicqꝫ proſunt/ niſi ad cumulum maioris condemnationis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

aboleretur corpus peccati/ vt poſthac non ſeruiamus peccato. Etenim qui
mortuus eſt/ iuſtificatus eſt a peccato. Qđ ſi mortui ſumus cum Chriſto/
credimus ꝙ et viuemus cum illo. Scientes ꝙ Chriſtus excitatus a mor-
tuis / non amplius moritur / mors illi non amplius dominatur. Nam
ꝙ mortuus fuit/ peccato mortuus fuit ſemel/ ꝙ autem viuit/ viuit deo Ita
et vos reputate voſipſos mortuos quidem eſſe peccato / viuentes autem
deo per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum. Ne regnet igitur peccatum in
mortali veſtro corpore/ vt obediatis illi per cupiditates eius. Neqꝫ accom-
modetis membra veſtra arma iuſtitie peccato/ ſed accommodetis voſmetip-
ſos deo/ velut ex mortuis viuentes/ et membra veſtra/ arma iuſtitie deo.
Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege/ ſed ſub
gratia. Quid igitur? Peccabimus/ ꝙ non ſumus ſub lege/ ſed ſub gratia?
Abſit. An neſcitis/ ꝙ cui accommodatis voſipſos ſeruos ad obediendum
eius ſerui eſtis cui obeditis/ ſiue peccati ad mortem/ ſiue obedientie ad iuſti-
tiam? Gratia autem deo/ ꝙ fuiſtis quidem ſerui peccati/ ſed obediſtis ex

Imaginem reſurrectionis illius ſic re-
ferimus/ quando ſemel iuſtificati ſic
ſtudemus conſeruare innocentiam/ vt
poſthac non peccemus. Ille ſemel reſur-
rexit/poſthac non moriturus/ Nos ſe-
mel iuſtificati/poſtea nūꝗ peccaturi

Quia hoc magis abſtinendum eſt a
peccatis/ꝙ iam ad benefaciendum non
cogimur preſcripto/ ſed meritis et amo
re prouocamur. Mutata quidẽ eſt ſer-
uitus/ſed non eſt prorſus adempta.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

animo/ in eam in quam traducti eſtis formam doctrine. Ceterum liberati a peccato/ ſerui facti eſtis iuſtitie. Humanum quiddam dico/ propter infirmitatem carnis noſtre. Quemadmodum enim prebuiſtis membra veſtra ſerua immunditie et iniquitati/ ad aliam atq; aliam iniquitatem/ ſic et nunc prebete membra veſtra ſerua iuſtitie/ ad ſanctificationem. Cum enim ſerui eſſetis peccati/ liberi eratis iuſtitie. Quem igitur fructum habebatis tūc in his/ de quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors Nunc vero manumiſſi a peccato/ ſerui autem facti deo/ habetis fructū veſtrum in ſanctificationem finem autem vitam eternā. Etenim autoramenta peccati mors/ donum autem dei/ vita eterna/ per Chriſtum Jeſum dn̄m noſtrum.

Vt eſt aliqua libertas culpabilis/ ita et ſeruitus quedam laudabilis. Nam liberum eſſe iuſtitie crimen eſt/ ſeruum vero eſſe iuſtitie/ laudabile eſt. Ediuerſo/ ſeruum eſſe peccati crimen eſt/ liberum eſſe peccato/ laudabile eſt.

Autoramentum eſt precium ſiue ſtipendium quo aliquis autoratur/ ideſt obligatur ad ſeruitium.

Caput Septimum

AN ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) ꝙ lex tantiſper dominetur homini/ quoad ea vixerit. Nam viro obnoxia mulier/ viuenti viro alligata eſt per legem / ꝙ ſi mortuus fuerit vir/ liberata eſt a lege viri. Proinde viuente viro/ adultera iudicabitur/ ſi ſe iunxerit alteri viro. Sin autem mortuus fuerit vir/ libera eſt a iure viri/ vt non ſit adultera/ ſi

uincta fuerit alteri viro. Itaqꝫ fratres mei/ vos quoqꝫ mortificati eſtis legi per corpus Chriſti/ vt iungeremini alteri/ nimirum ei qui ex mortuis ſurrexit vt fructificemus deo. Cum enim eſſemus in carne/ affectus peccatorum/ qui ſunt per legem/ vigebant in membris noſtris ad fructificandum morti. Nunc autem liberi ſumus a lege/ mortui ei in qua detinebamur/ vt ſeruiamus per nouitatem ſpiritus/ et per vetuſtatem littere. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui/ niſi per legem. Nam et concupiſcentiam non nouiſſem/ niſi lex dixiſſet/ non concupiſces. Sed occaſione accepta/ peccatum per preceptum genuit in me omnem concupiſcentiam. Siquidem abſqꝫ lege/ peccatum erat mortuum. Ego autem viuebam ſine lege quondam. Porro veniente mandato/ peccatum reuixit/ ego vero mortuus ſum. Et repertum eſt mādatum quod inſtitutum erat ad vitam/ mihi cedere ad mortem. Nam peccatum occaſione accepta per preceptum decepit me/ et per illud occidit. Itaqꝫ lex ipſa quidem ſancta/ et preceptū ſanctum ac iuſtum et bonum/ Ergo quod bonū erat/ mihi factum eſt mors? Abſit. Imo

Lex enim eſt index peccati/ ſed nō autor peccandi/ ideſt/ non eſt cauſa peccati. Oſtendit autem peccatum quod latebat/ et quia non addit vires repugnandi peccato. Fit vt hac occaſione/ libido peccandi ſit magis irritata/ vt eſt humanum ingenium ad ea propēſius que petita ſunt.

Lex quidem bona iuſta et ſancta eſt/ ſed tamen imperfecta Vt intelligamus opus eſſe alia iuſtitia perfectiore que dei eſt/ non legis/ illam ambiamus fidei merito per Chriſtum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Simplex videtur eſſe peccatum quod malis rebus male vtitur Sed quod optimis rebus abutitur in perniciem/ non videtur eſſe ſimplex peccatum.

peccatum Ut appareret petm̃/ per id quod erat bonum mihi gignere mortem
vt fieret maiorem in modum peccans peccatum per preceptum Scimus enim
ꝙ lex ſpiritualis eſt At ego carnalis ſum/ venditus ſub peccatum Quod enim
ago/ non probo. Non enim quod volo/ hoc facio/ ſed quod odi/ hoc ago.
Si vero quod non volo/ hoc facio/ conſentio legi/ ꝙ bona ſit. Nunc autem
non iam ego perpetro illud/ ſed inhabitans in me peccatum. Novi enim/ ꝙ

Vult enim Paulus in ſumma oſtẽdere ꝙ peccatum ita heret in natura carnali vt nec renati ſemel vniuerſum exuant/ ꝙ tametſi manet etiam in electis/ non tamen dominatur in illis.

non habitet in me/ hoc eſt/ in carne mea bonum Nam velle adeſt mihi/ at vt
faciam bonum/ non reperio. Non enim quod volo/ facio bonum/ ſed quod
non volo malum/ hoc ago. Porro ſi quod non volo ego/ hoc facio/ non iam
ego perpetro illud/ ſed inhabitans in me peccatum Reperio igitur per legem
volenti mihi facere bonum/ quod mihi malum adiunctum ſit. Delectat enim
me lex dei ſecundum internum hominem. Sed video aliam legem in mem-
bris meis/ rebellantem legi mentis mee/ et captiuum reddentem me legi pec
cati/ que eſt in menbris meis Miſer ego homo/ quis me eripiet ex hoc cor-
pore morti obnoxio? Gratias ago deo per Jeſum Chriſtum dñm noſtrum.

Hic oportet imaginari duos homines in vno homine/ vnũ carnalem et craſſum/ alium vero puriorem minuſq; craſſum. Illum externum Hunc internum vocabimus. Internus paret legi mentis/ que eſt voluntas boni et equi. Externus legi peccati/ que eſt concupiſcentia carnis conſpeta.

Itaq; idem ego mente quidem ſeruio legi dei/ carne vero legi peccati.

Caput Octauum.

NUlla igitur nunc eſt condemnatio his/ qui inſiti ſunt Chriſto Jeſu, qui non iuxta carnem verſantur/ ſed iuxta ſpiritum. Nam lex ſpiritus vite per Chriſtum Jeſum/ liberum me reddidit a iure peccati et mortis. Etenim quod lex preſtare non poterat/ ea parte qua imbecillis erat per carnem/ hoc deus proprio filio miſſo ſub ſpecie carnis peccato obnoxie/ preſtitit/ ac de peccato condemnauit peccatum per carnem/ vt iuſtificatio legis impleretur in nobis/ qui non ſecundum carnem verſamur/ ſed ſecundum ſpiritum Nam qui carnales ſunt/ que carnis ſunt curant/ at qui ſpirituales/ que ſpiritus ſunt. Nam affectus carnis/ mors eſt. Affectus vero ſpiritus/ vita et pax. Propterea q̄ affectus carnis/ inimicitia eſt aduerſus deum/ nam legi dei non ſubditur/ ſiquidem ne poteſt quidem. Qui vero in carne ſunt/ deo placere non poſſunt. Vos autem nō eſtis in carne/ ſed in ſpiritu/ ſiquidem ſpūs dei habitat in vobis Quod ſi quis ſpm̄ Chriſti non habet/ hic non eſt eius Porro ſi

Si ſpiritu/ ſi mente viuere vis (quemadmodum oporteat eos qui per fidem ac baptiſmum Chriſto ſunt inſiti) Attende Chriſtum et eius gratiam nō teipſum/ non tua opera/ tametſi pro virili tua/ etiam operari debeas/ opera enim adminiculantia ſunt/ gratia vero perfitiens et conſummans.

Vt duo ſunt homines carnalis et ſpiritualis. Ita in vna Moſi lege ſunt due leges/ altera craſſa et carnalis/ altera ſpiritualis. Prima Moſen habet authorem Secūdam abſoluit nobis Chriſtus

Eſſe carnalem/ eſt viuere iuxta litteram legis Judeorū more/ ac operibus quibuſdam externis ſimulare ſanctimoniam/ animo interim ſyncera pietate vacante. Eſſe vero ſpiritualem/ eſt noſſe voluntatem dei/ confidere deo/ et gaudere in obedientia voluntatis dei/ per crucem. Ac purum et immaculatum ſe conſeruare ab hoc ſeculo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Chriſtus in vobis eſt/ corpus quidē mortuum eſt ꝓpter peccatum/ ſpiritus

autem vita eſt propter iuſtificationē. Q̄d ſi ſpūs eius qui excitauit Jeſum a

mortuis/ habitat in vobis/ is qui excitauit Chriſtum ex mortuis/ viuifica-

bit et mortalia corpora veſtra propter ipſius ſpiritum inhabitantem in vobis

Tres ſunt gradus rerum quos expetit caro. Primus eſt rerum honeſtarum/ vt ſapientie et iuſtitie humane. Secundus/ rerum vtilium vt glorie opum/ potentie/ et tranquillitatis. Tertius eſt/ delectabilium rerum vt voluptatum/ Qui iuxta huiuſmodi carnis cupiditates vixerit/ morietur morte ſecūda/ que et ſi eterna.

Proinde fratres/ debitores ſumus/ non carni/ vt ſecundum carnem viuamus

Nam ſi ſecundum carnem vixeritis moriemini. Q̄d ſi ſpiritu facta corporis

mortificetis/ viuetis. Etenim quicunqꝫ ſpiritu dei ducuntur/ hi ſunt filij dei

Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum ad timorem/ ſed accepiſtis

ſpiritum adoptionis/ per quem clamamus/ abba pater. Idem ſpiritus teſ-

tatur vna cum ſpiritu noſtro/ ꝙ ſimus filij dei. Q̄d ſi filij/ igitur et heredes

Heredes quidem dei/ coheredes autem Chriſti. Siquidem ſimul cum eo pa

Datur nobis hereditas/ ſed ſi eadem via tendamus ad illam/ qua Chriſtus ipſe peruenit. Ille ferendis malis peruenit ad bonorū poſſeſſionem/ per obedientiam venit ad regnum/ per ignominiam venit ad gloriam.

timur/ vt et vna cum illo glorificemur. Nam reputo non eſſe pares afflictio-

nes preſentis temporis ad gloriam/ que reuelabitur erga nos. Etenim ſolici-

ta creature expectatio expectat/ vt palam fiant filij dei. Quippe vanitati

creatura ſubiacet/ non volens/ ſed propter eum qui ſubiecit illam ſub ſpe.

Quoniam et ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis/ in libertatem glorie filiorum dei. Scimus enim ꝙ omnis creatura congemiſcit/ ſimulq; nobiſcum parturit vſq; ad hoc tempus. Non ſolum autem illa/ ſed et ipſi qui primitias ſpiritus habemus/ et noſipſi in nobiſipſis gemimus/ adoptionem expectantes/ redemptionem corporis noſtri. Siquidem ſpe ſeruati ſumus/ porro ſpes ſi videatur/ non eſt ſpes. Quod enim quis cernit/ cur idem ſperet? Si vero quod nõ videmus/ ſperam9/ id per patientiam expectamus

Proſopea

Scimus enim ꝙ oĩs creatura ꝛc. Senſus eſt/ quia omnis creatura per quotidianum laborem ingemiſcit ac dolet/ donec impleatur numerus filiorũ dei/ Ipſa enim elementa/ cum ſollicitudine ſuas operas exhibent.

Perfecta nanq; ſalus noſtra ſita eſt in rebus futuris/ quarũ certam ſpem concepimus. Nam ſpes non eſt rerum preſentiũ/ ſed earum que nondũ apparet.

Conſimiliter autem et ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris. Siquidem hoc ipſum/ quid oraturi ſimus/ vt oportet/ nõ nouimus/ verum ipſe ſpiritus intercedit pro nobis/ gemitibus inenarrabilibus. At ille qui ſcrutatur corda/ nouit quis ſit ſenſus ſpiritus/ quoniam ſecundum deum intercedit pro ſanctis

Quia iuxta humanum affectum/ neſcimus quid ſit optandum/ neq; quomodo ſit optandum. Spiritus tamen interim boni conſulit/ et cum corporis infirmitate pugnat/ cui cõmonſtratur aſpiratione diuini ſpiritus adiuuantis carnis noſtre imbecillitatem. Quid votis optandum ſit quid ne recuſandum.

Scimus autem ꝙ his qui diligunt deum/ omnia ſimul adiumento ſunt in bonum/ nimirum his qui iuxta ꝓpoſitum vocati ſunt. Quoniam quos preſciuerat/ eoſdẽ et prefiniuit/ cõformes imaginis filij ſui/ vt ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porro quos predefinierat eoſdem et vocauit. Et quos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Vnde gradibus quibuſdam aſcenditur ad id quod eſt ſummū in dei electione/ igitur deus ab eterno/ quos preſciuit ſibi deuotos/ad immortalitatem vocandos eſſe ſtatuit/ eoſdemqꝫ vocauit per predicationem Jeſu Chriſti/ iuſtificauit per mortem eiuſdem/ atqꝫ glorificauit per reſurrectionem et immortalitatis premium.

vocauit/eos et iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit/hos et glorificauit. Quid igitur dicemus ad hec? Si deus pro nobis/ quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit/ ſed pro nobis omnibus tradidit illum/ qui fieri poteſt/ vt non et cum eodem omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduerſus electos dei? Deus eſt qui iuſtificat/ quis ille qui condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt/ imo qui et ſuſcitatus eſt/ qui etiam eſt ad dexteram dei/ qui et intercedit pro nobis. Quis nos ſeparabit a dilectione dei? num afflictio num anguſtia num perſecutio num fames num nuditas num periculum num gladius? Queadmodū ſcriptum eſt Propter te morti tradimur tota die/ habiti ſumus velut oues deſtinate mactationi. Verum in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos Nam mihi perſuaſum habeo/ ꝙ neqꝫ mors/ neqꝫ vita/ neqꝫ angeli/ neqꝫ principatus/ neqꝫ poteſtates/ neqꝫ inſtātia/ neqꝫ futura/ neqꝫ altitudo/ neqꝫ profunditas/ neqꝫ vlla creatura alia poterit nos ſeparare a dilectione dei/ que eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro.

Verum in his omnibus ſuperamus. ꝛc. O ſtulti et incarnata mente/ diſcite deū reſpicere non vos/et dum deus operabitur in vobis/ vos recta operabimini/ vos recte diligetis recte intelligetis oīa et non oblique. Quid infirmitati tue tribuis quod diuine debetur fortitudini? Jn diuino cōfide amore/ nō in tuo/ nunquid deum ſuperare potes amando? Jmo cum tu peccas ille te amat/ amor eius nūqꝫ te deſerit. Vnde ſacer Dionyſius/ A ſe auerſos ac reſilientes amatorie ſequitur/ contenditqꝫ ac deprecatur ne ſe deſerant hĳ/ quos tanta vi amoris inquirit/ hec Stapulenſ.

Caput Nonum.

VEritatem dico in Chriſto/ non mentior/ atteſtante mihi ſimul con⸗ſcientia mea/ per ſpiritum ſanctum/ ꝙ dolor mihi ſit magnus/ et aſſiduus cruciatus cordi meo. Optarim enim ego ipſe/ anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis/ cognatis meis ſecundum carnem/ qui ſunt Iſraelite/ quorum eſt adoptio/ et gloria/ et teſtamenta/ et legis conſtitutio/ et cultus/ et promiſſiones/ quorum ſunt patres/ et ē ex quibus eſt Chriſtus/ quantum attinet ad carnem/ qui eſt in omnibus deus laudandus in ſecula. Amen. Non autem hec loquor ꝙ exciderit ſermo dei. Non enim omnes qui ſunt ex Iſrael/ ſunt Iſrael/ neqȝ quia ſunt ſemen Abrahe/ ſtatim omnes filij/ ſed per Iſaac nominabitur tibi ſemen/ hoc eſt/ non qui filij carnis/ ē filij dei/ ſed qui ſunt filij promiſſionis/ recenſentur in ſemen. Promiſſionis enim ſermo hic eſt. In tempore hoc veniam/ et erit Sare filius Non ſolum autem hoc/ ſed et Rebecca ex vno cõceperat Iſaac patre noſtro/ nondum enim natis pueris/ cum neqȝ boni quippiam feciſſent neqȝ mali/ vt ſecundum electionem propoſitum dei maneret/ non ex operibus/ ſed ex vocante dictum eſt illi Maior ſeruiet

Vere dolenda res eſt/ non tantum Iudeorum ingratitudo/ erga tot Chriſti et dei beneficia/ ſed quorumcũqȝ etiam fidelium/ qui reſiliunt a fide/ nec referũt ea que tanta dei benignitate digna ſunt

Enumerat apoſtolus tanta preconia nobilitatis et dignitatis generis Iudeorum vt omnes ſecum ad commiſerationem commoueat.

Maior ſeruiet minori ⁊c. Quorſum igitur pertinent illa/ non ex operibus ſed ex vocante: Eo pertinent vt Iudeis/ (ob admiſſas gẽtes) murmurantibus obturaret os. Clamabant illi/ Cur admittis impias gentes ad tantum honoris. Reſpondet deus Cur de nondum natis dictum eſt. Maior ſeruiet minori Ad hoc ſi non poteſtis reſpõdere/ cum ſit in lege veſtra ſcriptum/ deſinite inquirere. Cur ego gentes preferam Iſrahelitis. Non ſic amo odi ue quẽadmodum homines/ qui ex rebus geſtis concipiunt odium vel amorem. Ego priuſqȝ naſcantur homines/ ſcio quales futuri ſint/ Ideo prefinio/ que ſint illis digna.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Quia apud deum omnia preſcientem futura ſunt facta/ideo vt amat futura bona/ita odit futura mala/ non aliter quã amaret aut preſentia bona aut odiret preſentia mala. Hunc totum ſermonẽ ab hoc loco Quid igitur dicemus/ vſqz ad hunc locum/ Atqui o homo/ veteres aliquot /tribuunt nõ Paulo/ſed contradicenti/ quem ſic facit colligentem ex ſcripturis perperã intellectis.

Itaqz non volentis ⁊c Hoc eſt an dari debeat nec ne/ dantis arbitrio non petentis debet eſſe quod poſcitur. Et tunc dat deus poſcenti/quando ſcit eum bene vſurum datis. Tunc non dat cum ſcit male vſurum.

Num dicit figmentum ⁊c Non hec loquitur apoſtolus vt tollat liberum arbitrium/ ſed vt oſtendat quouſqz oporteat nos obtemperare deo/ cum ſilentio Nemo igitur putabit hec Paulo dici de neceſſitate mentis humane que libertatem arbitrij impediat/ ſed de varietate diſpenſandi/ qua obedientibus in ſilentio diſpenſat miſericordiam/ et inobedientibus cum murmure diſpenſat iram et iuſtitiam. Etenim niſi ad hunc acceperimus modum/ multa ſequentur abſurda/quia ſi hic ageretur de mente/ deqz bonis et malis/ ſimul et homo videbitur alienus ab omni crimine/quando neceſſitate peccaret/ et paulus ſecum pugnare videbitur/ qui vbiqz coronat voluntatem. In figulo enim ſola voluntas eſt. In deo autem voluntas cum iuſtitia/et errare poteſt figulus/deus autem non poteſt. Similitudines igitur adducte/ non ſunt accipiende ſecundum omnes partes/ Sed ad id accommodari debẽt cuius gratia adducuntur

minori. Sicut ſcriptum eſt / Jacob dilexi/ Eſau vero odio habui. Quid igitur dicemus? Num iniuſtitia eſt apud deum? Abſit. Nam Moſi dicit Miſerebor/ cuiuſcũqz miſereor/ et commiſerabor/ quemcũqz commiſeror. Itaqz non volentis eſt/ neqz currentis/ ſed miſerentis dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni. In hoc ipſum te excitaui/vt oſtendam in te potentiam meam/ et vt annuntietur nomen meum in tota terra Itaqz cui vult miſeretur/quem autem vult/ indurat. Dices ergo mihi/ Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati illius quis reſtitit? Atqui o homo/ tu quis es qui ex aduerſo reſpondes deo? Num dicet figmentum ei qui finxit/ cur me finxiſti ad hunc modum? An non habet poteſtatem figulus luti/ vt ex eadem maſſa fingat aliud quidem vas in honorem/ aliud vero in ignominiam? Quod ſi deus volens oſtendere iram/ et notam facere potentiam ſuam/ tulit multa animi lenitate vaſa ire/ apparata in interitum/ et vt notas faceret diuitias glorie ſue erga vaſa miſericordie/ que preparauerat in gloriam Quos et vocauit/ nimirum nos/ non ſolum ex Judeis/verumetiam ex gentibus. Quemadmodum et Oſee

dicit. Vocabo populum qui meus non erat/ populum meum/ et eam que dilecta non erat/ dilectā. Et erit in loco/ vbi dictum fuerat eis. Non populus meus vos/ ibi vocabuntur filij dei viuentis. Eſaias aūt clamat ſuper Iſrael. Si fuerit numerus filiorum Iſrael/ vt arena maris/ reliquie ſalue erunt. Sermonem enim perficiens et abbreuians cū iuſtitia/ quoniam ſermonem abbreuiatum faciet dominus in terra. Et quemadmodum prius dixit Eſaias. Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen/ vt Sodoma facti fuiſſemus/ et Gomorrhe aſſimilati fuiſſemus. Quid igitur dicemus? Nos gentes que non ſectabantur iuſtitiam/ apprehenderunt iuſtitiam/ iuſtitiam autem eam que eſt ex fide. Contra/ Iſrael/ qui ſectabatur legem iuſtitie/ ad legem iuſtitie non peruenit. Propter quid? Quia nō ex fide/ ſed tanq̄ ex operibus legis. Impegerunt enim in lapidem offendiculi. Quēadmodum ſcriptum eſt/ Ecce pono in Sion lapidem offendiculi/ et petram offenſionis/ et omnis qui credit in eo/ non pudefiet.

Non eſt alia cauſa electionis et reiectionis duorum populorum/ niſi obedientia et inobediētia vtriuſq; populi/ Non populus factus eſt populus quia credidit et obediuit Populus vero factus eſt nō populus/ quia noluit credere et obedire. Quorum vtrunq; quia deus ab eterno precognouit futurum/ prediffiniuit populum ad miſericordiam/ et non pplm̄ ad iuſtitiam. Nec ideo iſta futura erant quia a deo precognita ſunt/ ſed quia futura erant/ ideo ſunt precognita/ vt intelligamus preſcientiam dei/ non eſſe cauſam futurorum/ ſed quia futura ſunt futura/ ideo preſciuntur. Sicq; palam fit in creaturis ipſis fieri mutationem a bono ad malum/ vel a malo ad bonum/ deo ſemper immutabili permanente.

Impegerunt enim Judei in Chriſtum lapidem offendiculi nulla neceſſitate ſed mera voluntate/ Chriſto dicente Mat. xxiij. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas et noluiſtis.

Caput Decimum

Fratres propenſa quidem voluntas cordis mei/ et deprecatio que

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Zelum legis habentes/ nõ omnino errabant in affectu pietatis/ ſed vehemẽter errabant in delectu/ quando publicata dei iuſtitia/ adhuc (prepoſtere religioſi) defendebant humanam iuſtitiam

ſit ad deum/ pro Iſrael eſt ad ſalutem. Teſtimonium enim illis perhibeo/
ꝙ ſtudium dei habent/ ſed non ſecundum ſcientiam. Nam ignorantes dei iuſti
tiam et propriam iuſtitiam querentes conſtituere/ iuſtitie dei non fuerunt ſub
diti. Nam perfectio legis Chriſtus/ ad iuſtificationem omni credenti. Mo
ſes enim ſcribit de iuſtitia que eſt ex lege/ ꝙ qui fecerit ea homo/ viuet per illa
Ceterum que ex fide eſt iuſtitia/ ea ſic loquitur. Ne dixeris in corde tuo Quis
aſcendet in celum? Hoc eſt Chriſtum ex alto deducere. Aut quis deſcendet in
abyſſum? Hoc eſt Chriſtum ex mortuis reducere Sed quid dicit? Prope te
verbum eſt in ore tuo/ et in corde tuo. Hoc eſt/ verbum fidei/ quod predica
mus. Nempe ſi confeſſus fueris ore tuo dominum Ieſum/ et credideris in
corde tuo/ ꝙ deus illum excitauit a mortuis/ ſaluus eris. Corde enim credi
tur ad iuſtitiam/ ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura.
Omnis qui fidit illi/ non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio vel Iudei vel
Greci. Nam idem dominus omnium/ diues in omnes inuocantes ſe. Quiſ
quis enim inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Quomodo igitur inuoca

Non enim ſatis eſt credidiſſe/ quando etiam oportet fidem palam profiteri/ ſi res poſtulat. Ne incidamus in ſententiam euangelicam/ qua dicitur Ioan: xij. Multi ex principibus crediderunt in Ieſum/ ſed palam non profitebantur propter Iudeos. Maluerunt enim gloriam hominũ/ ꝗ̃ gloriam dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

bunt eum/ in quē non crediderunt? Quomodo autem credent ei de quo non audierunt? Quomodo autem audient abſq; predicante? Quomodo autem predicabunt/ niſi miſſi fuerint? Sicut ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes an/nuntiantium pacem/ annuntiantium bona. At non omnes obedierunt euangelio Eſaias enim dicit. Domine/ quis credidit ſermonibus noſtris? Ergo fides ex auditu eſt/ auditus autem per verbum dei Sed dico/ an non audie/runt? Atquin omnem terram exiuit ſonus eorum/ et in fines orbis terra/rum verba illorum. Sed dico Nunquid non cognouit Iſrael? Primus Moſes dicit Ego ad emulationem prouocabo vos per gentem que non eſt gens/ per gentem ſtultam ad iram commouebo vos. Eſaias autem poſt hunc audet ac dicit. Inuentus fui his/ qui me non querebant/ cōſpicuus factus ſum his qui de me non interrogabant. Aduerſus Iſrael autem dicit/ Toto die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

Per pedes annuntiantiū/ ideſt per ad/uentum predicantium pacem et bona/ Pacem que nos mutua charitate cum Chriſto cōglutinet/ et ea bona que ſem/per bona ſunt. Eo q; talia ſint ſuapte. natura.

Non poſſunt Iudei excuſari/ quia vi/dentes lucem malitia excecati ſunt. Audi/entes vero euangelium/ aures illorum liuore ſunt obſepte.

Ac ſi dicat/ Miſi prophetas ſed illos occiderunt. Deinde tot editis miraculis ipſe prouocati pro gratia dixerunt De monium habet/ et preſidiis beelzebub facit iſta. Humilitatem deſpexerūt/ vir/tutem impie ſunt interpretati

Caput Undecimum.

Dico igitur/ Num repulit deus populum ſuum? Abſit. Nam et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Ac ſi dicat Paulus. Etenim ſi gentē totam repuliſſet deus/ ipſe nō predicarem Chriſtum/ quandoquidem genere ſum Iſrahelita verus/ oriundus ex ſtirpe Abrahe pertinens ad tribum beniamiticam.

ego Iſraelita ſum/ ex ſemine Abrahe/ tribus Beniamin. Non repulit deus
pplm̄ ſuum/ quem ante agnouerat. An neſcitis de Elia quid dicat ſcriptura?
Quomodo interpellat apud deum aduerſus Iſrael/ dicens. Domine prophe
tas tuos occiderunt/ et altaria tua ſubruerunt/ et ego relictus fui ſolus/ et in
ſidiantur vite mee. Sed quid dicit ei diuinum reſponſum? Reliqui mihiipſi
ſeptem milia virorum/ qui non inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur et
in hoc tempore/ reliquie ſecundum electionem gratie fuerunt. Quod ſi per gra
tiam/ non iam ex operibus. Quandoquidem gratia/ iam nō eſt gratia. Sin
ex operibus/ non iam eſt gratia. Quandoquidem opus/ iam non eſt opus.
Quid igitur? Quod querit Iſrael/ hoc non aſſecutus eſt/ ſed electio conſecu
ta eſt/ reliqui vero excecati ſunt/ queadmodum ſcriptum eſt. Dedit eis deus
ſpiritum compunctionis/ oculos/ vt non videant/ et aures/ vt non audiant/
vſq ad hodiernum diem. Et Dauid dicit. Vertatur menſa illorum in laque
um/ et in captionem/ et in offendiculum/ et in retaliationem ipſis. Obtene
brentur oculi eorum/ vt non videant/ et tergum illorum ſemper incurua.

Oſtendit enim non ſolum Heliam remanſiſſe/ qui deuotus deo nō adorarit idola/ ſed et multos qui in fide dei permanſerunt/ ſicut et ex Iudeis nō pauci crediderunt.

Si igitur electio debetur munificentie dei iam nō imputetur factis Namquod factis rependitur merces eſt/ non munificentia. Quod vltro defertur immerentibus id demum eſt beneficium. q ſi ſupputantur operum merita/ iam beneficium deſinit eſſe beneficium/ et in premij vocabulum abit.

Captio/ non eſt hic decipula proprie vnde captioſos dicimus/ ſed pro venatu poſitū eſt/ quo capimus feras/ quaſi dicas. Capiantur ſua mēſa/ qua laxare animum debebant/ nō enim hoſtem timemus inter epulas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Dico igitur/ Num ideo impegerunt/ vt conciderent? Abſit. Sed per lap-ſum illorum ſalus contigit gentibus/ in hoc vt eos ad emulandum prouocaret

Caſus igitur Iudeorum nobis gentibus ſatis feliciter incidit mirabili interim conſilio prouocatis ad credendum Iudeis gentium exemplo/ et ſi non prius tamen in fine ſeculi.

Quod ſi lapſus illorum/ diuitie ſunt mundi/ et diminutio illorum/ diuitie gentium/ quanto magis plenitudo illorum? Vobis enim dico gentibus/ quatenus ego quidem ſum apoſtolus gentium/ miniſterium meum illuſtro/ ſi quo modo ad emulandum prouocem carnem meam/ et ſaluos reddam nonnullos ex illis. Nam ſi reiectio illorum/ eſt reconciliatio mundi/ que erit aſſumptio niſi vita ex mortuis? Quod ſi primitie ſancte/ ſancta eſt et cõperſio Et ſi radix ſancta/ ſancti erunt et rami.

Ac ſi dicat. Si gentes a religione aliene/ deo vocante/ ad veram religionem adduci potuerunt/ quid vetat ex ea gente ad fidem reuocari que pios habuerit autores ac principes/ imo magis cõſentaneum eſt vt ex piis naſcantur pij/ quam exordium fere ſapiant.

Quod ſi nonnulli rami defracti ſunt/ tu vero cum eſſes oleaſter/ inſitus fuiſti illis/ et cõſors radicis et pinguitudinis olee factus es/ ne glorieris aduerſus ramos/ quod ſi gloriaris/ non tu radicem portas/ ſed radix te. Dices igitur/ defracti ſunt rami/ vt ego infererer. Bene dicis/ per incredulitatem defracti ſunt/ tu vero fide cõſtitiſti. Ne efferaris animo/ ſed timeas. Nam ſi deus naturalibus ramis non pepercit/ vide ne qua fiat/ vt nec tibi parcat. Ecce igitur bonitatem ac ſeueritatem dei/ in eos quidem qui

Alludit ad ſimilitudinem inſitionis/ que fit/ quoties fiſſo arboris ramo/ inſeritur ſurculus alterius arboris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

In deo perpendenda bonitas et ſeueritas/ bonitas erga gentes/ quia cum nec quererent ipſum nec ſcirent/ vltro eas vocauit. Seueritas erga Iudeos quos excecauit/ eo ꝙ verbum dei eiuſqꝫ donum ſpreuerunt.

ceciderunt/ ſeueritatem/ in te vero bonitatem/ ſi permanſeris in bonitate.
Quoniam et tu excideris/ et illi rurſum/ ſi non permanſerint in incredulitate/
inſerentur. Poteſt enĩ deus denuo inſerere illos. Etenim ſi tu ex naturali ex-
cectus es oleaſtro/ et preter naturam inſitus es in veram oleam/ quãto magis
hi/ qui naturales ſunt/ inſerẽtur proprie olee? Non enim volo vos ignorare
fratres myſterium hoc/ vt ne ſitis apud voſmetipſos elati animo/ ꝙ exceca-
tio ex parte Iſraeli accidit/ donec plenitudo gentium adueniret/ et ſic totus
Iſrael ſaluus erit Sicut ſcriptum eſt. Adueniet ex Sion ille qui liberat/ et
auertet impietates a Iacob. Et hoc illis a me teſtamentum cum abſtulero
peccata ipſorum. Secundum euangelium quidem/ inimici propter vos/ ſecun-
dum electionem autem/ dilecti propter patres. Nam dona quidem et vocatio
dei/ eiuſmodi ſunt/ vt eorum illum penitere nõ poſſit Quemadmodum enim
et vos quondã increduli fuiſtis deo/ nunc autem miſericordiam eſtis conſe-
cuti per illorum incredulitatem/ ſic et iſti nunc increduli facti ſunt/ ex eo ꝙ
vos miſericordiam eſtis adepti / vt et ipſi miſericordiam conſequantur.

Vtrunqꝫ predictum eſt/ fore vt deciderent Iudei per incredulitatem/ ac fore vt tandem credentes reſipiſcerent. Alterum videmus eueniſſe/ alterum expectamus futurum/ expleto nimirum numero filiorum dei ex gẽtibus colligendo

Ac ſi dicat Paulus. Si vos gentiles olim incredulos non deſtituit deus in eternum ita nec Iudeos nũc incredulos perpetuo deſtituet Sed queadmodum vos eſtis miſericordiam adepti/ ita et ipſi miſericordiam conſequentur.

Concluſit em̄ deus oēs ſub incredulitatem/ vt omnium miſereretur O pro
funditatem diuitiarum et ſapientie et cognitionis dei/ q̄ȝ inſcrutabilia ſunt
iudicia eius/ et imperueſtigabiles vie eius. Quis enim cognouit mentem do
mini? Aut quis illi fuit a conſiliis? Aut quis prior dedit illi/ et reddetur ei?
Quoniam ex illo/ et per illum/ et in illum omnia/ ipſi gloria in ſecula. Amen.

Stupor quidam oboritur cōtemplanti archana dei conſilia/ et ideo exclamat apoſtolus/ veluti dicat. Quare cōcluſit omnes &c. vt agnito errore diſcerent ad miſſericordiam eſſe prouocandum/ nec tamen cōcluſit tanq̄ȝ peccati autor Sed quoniam non ſine periculo hoc archanum rimamur cum explicare nequeam aut forte non licet/ exclamare libet/ O profunditatem diuitiarum. &c.

Caput Duodecimum

Obſecro igitur vos fratres per miſerationes dei/ vt prebeatis cor
pora veſtra hoſtiam viuentem/ ſanctam/ acceptam deo/ rationalem cultum
veſtrum Et ne accōmodetis vos ad figuram ſeculi huius/ ſed trāſformemini
per renouationem mētis veſtre/ vt probetis que ſit volūtas dei/ quod bonum
eſt/ acceptūq; et perfectum Dico em̄ per gratiam/ que data eſt mihi/ cuilibet
verſanti inter vos/ ne quis arroganter de ſe ſentiat/ ſupra q̄ȝ oportet de ſe
ſentire/ ſed ita ſentiat/ vt modeſtus ſit et ſobrius/ vt cuiq; deus partitus eſt
menſuram fidei. Queadmodū em̄ in vno copore mēbra multa habem⁹/ mēbra
vero omnia nō eundem habēt actum/ ſic multi vnum corp⁹ ſumus in Chriſto/

Non em̄ in hac lege ſpirituali ſicut olim in lege carnali corpora pro corporibus immolantur/ ſed vitia potius corporis perimēda ſunt Deus nanq; eſt animus et animi donariis conciliatur.

Arrogantер de ſe ſentit/ qui plus ſibi tribuit q̄ȝ par eſt alterum faſtidiens vt fieri ſolet/ apud huius mundi cultores/ quando felicior faſtidit infeliciorem.

d

ſingulatim autem alii aliorum membra/ ſed tamen habentes dona iuxta grati/
am datam nobis varia/ ſiue prophetiam iuxta portionem fidei/ ſiue miniſteri
um in adminiſtratione/ ſiue qui docet in doctrina/ ſiue qui exhortatur in exhor
tatione/ qui impertit in ſimplicitate/ qui preeſt in diligentia/ qui miſeretur
in hilaritate. Dilectio ſit non ſimulata/ ſitis odio proſequentes quod malum

Vult apoſtolus vt oīa metiamur aut ex virtute aut ex turpitudine/ et non ex nr̄is cupiditatibus/ vulgi more/ quod prepoſtere de omnibus iudicans/ dicit bonum malum/ et malum bonum

eſt/ adherentes ei quod bonum eſt/ per fraternam charitatem/ ad mutuo
vos diligendos propenſi/ honore alius alium preuenientes/ ſtudio non pigri/
ſpiritu feruentes/ tempori ſeruientes/ ſpe gaudentes/ in afflictione patientes
precationi inſtantes/ neceſſitatibus ſanctorum communicantes/ hoſpitalitatem
ſectantes. Bene loquamini de iis qui vos inſectantur/ bene loquamini inquam
et ne male precemini. Gaudete cum gaudentibus/ et flete cum flentibus/
eodem animo alii in alios affecti/ non arroganter de vobiſipſis ſentientes/

Jubet ſectari hoſpitalitatẽ in ſanctos/ ne aut turpiter egeant/ aut ad ethnicos cogantur indecore diuertere.

ſed humilibus vos accommodantes. Ne ſitis arrogantes apud voſmetipſos
neq; cuiq; malum pro malo reddatis. Prouide parantes honeſta in conſpectu
omnium hominum/ ſi fieri poteſt/ quantũ in vobis eſt/ cum oibus hominibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

in pace viuentes/non voſmetipſos vlciſcentes dilecti/ quin potius date locum

ire. Scriptum eſt enim Mihi vltio/ego rependam/ dicit dominus. Si igitur

eſurit inimicus tuus/ paſce illum/ ſi ſitit/ da illi potum. Hoc enim ſi feceris

carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne vincaris a malo/ imo vince

bono malum.

Quia benefactis certare pulchrum eſt/ vincere pulcherrimum. Malefactis certare turpe/ ſed malefactis vincere turpiſſimum.

Caput Tredecimum

Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit Non em̄

eſt poteſtas/ niſi a deo/ que vero ſunt poteſtates/ a deo ordinate ſunt. Itaqꝫ

quiſquis reſiſtit poteſtati/ dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſtiterint/

ſibiipſis iudicium accipient. Nam principes non terrori ſunt bene agentibus

ſed male. Vis autem non timere poteſtatem? Quod bonum eſt facito/ et

feres laudem ab illa. Dei miniſter eſt tibi in bonum. At ſi feceris id quod

malum eſt time. Non enim fruſtra gladium geſtat. Nam dei miniſter eſt/

vltor ad iram/ ei qui quod malū eſt fecerit Quapropter oportet eſſe ſubditos

nō ſolum propter iram/ verumetiā propter conſcientiam Propter hoc enim

et vectigalia ſoluitis. Siquidem miniſtri dei ſunt/ in hoc ipſum incumbentes

Sapientie: vi. Data eſt a dño poteſtas vobis/ et virtus ab altiſſimo/ qui interrogabit opera veſtra/ et cogitationes ſcrutabitur. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius non recte iudicaſtis/ Et Daniel. Dei (inquit) regnum eſt et cui vult dabit illud. Danielis iiij.

Vt enim deus in ſuo corpore voluit eſſe membrorum ordinem. Ita in vniuerſa republica/ que conſtat malis ac bonis/ voluit eſſe ordinem quendam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Ipſe Chriſtus nulli prorſus obnoxius ſoluit Ceſari vectigal/ non q̄ deberet/ ſed ne quid illos offēderet Licebat quidem non ſoluere/ ſed non expediebat.

Reddite igitur omnibus quod debetur/ cui tributum tributum/ cui vectigal vectigal/ cui timorem timorem/ cui honorem honorem. Nemini quicq̄ debeatis/ niſi hoc vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum/ legem expleuit Siquidem illa Non mechaberis/ nō occides/ nō furaberis/ non falſum teſtimoniū dices/ non concupiſces/ et ſi quod aliud preceptum/ in hoc ſermone ſummatim cōprehenditur. Nēpe diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximo malum non operatur. Conſummatio itaq̄ legis eſt dilectio. Preſertim cum ſciamus tempus q̄ tempeſtiuum ſit nos iam a ſomno expergiſci. Nūc em̄ ꝓpius adeſt nobis ſalus q̄ tum cum credebam⁹ Nox progreſſa eſt/ dies aūt appropinquat Abiiciamus igitur opera tenebrarū/ et induamur arma lucis/ tanq̄ in die compoſite ambulemus/ non comeſſationibus et ebrietatibus/ nō cubilibus ac laſciuiis/ non contentione et emulatione/ ſed induamini dominum Jeſum Chriſtum/ Et carnis curam ne agatis ad concupiſcentias.

Quando charitas nemini nocet et omnibus prodeſt quoad poteſt/ iccirco continet in ſe veluti compendio omnia precepta/ ad cuius ergo ſtudiū ipſa quoq̄ temporis ratio nos hortatur/ quando euangelica lex ſit lex charitatis.

Non vetat Paulus curare carnem ad neceſſitatem nature vt ſalubriter viuat Sed curare vetat ad voluptatem/ ne repleta laſciuiat.

Caput Decimum quartum

Porro eū qui infirmatur fide aſſumite nō ad diiudicatiões diſceptacōnū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Alius quidem credit veſcendum eſſe quibuſlibet. Alius autem qui infirmus eſt/ holeribus veſcitur. Qui veſcitur/ nō veſcentem ne deſpiciat. Et qui non veſcitur/ veſcentem ne iudicet. Deus enī illum aſſumpſit. Tu quis es/ qui iudicas de alieno famulo? Proprio dn̄o ſtat aut cadit/ imo fulcietur vt ſtet. Potens enī eſt deus efficere vt ſtet. Hic quidem iudicat/ diem ad diem conferens. Ille autem idem iudicat de quouis die Unicuiqꝫ ſua mens ſatiſfaciat Qui curat diem/ domino curat. Et qui non curat diem/ domino non curat. Qui veſcitur/ dn̄o veſcitur/ gratias enī agit deo/ et qui nō veſcitur/ dn̄o non veſcitur/ et grās agit deo Nullus enim noſtrum ſibiipſi viuit/ et nullus ſibiipſi moritur Nam ſiue viuimus/ domino viuimus/ ſiue morimur/ dn̄o morimur. Siue igitur viuamus/ ſiue moriamur/ dn̄i ſumus In hoc enim Chriſtus mortuꝰ eſt/ et reſurrexit/ et reuixit/ vt mortuis ac viuētibꝰ dominetur Tu vero cur iudicas fratrem tuū? Aut etiam tu cur deſpicis fratrē tuū? Oēs enī ſtatuemur apud tribunal Chr̄i Scriptum eſt enim Uiuo ego dicit dn̄s Mihi ſeſe flecter omne genu/ et oīs lingua cōfitebitur deo Igitur vnuſquiſqꝫ noſtrum de ſeipſo

Hic non loquitur apoſtolus proprie de ciborum diſcrimine quod nunc inter Chriſtianos receptum eſt/ ſed de illo quod apud Iudeos ſolenne eſt. Iudei enim perpetuo abſtinebant a certo ciborum genere/ iudicantes ſe contaminari ſi veſcerentur huiuſmodi cibis. Chriſtiani vero abſtinēt ad tempus a certis cibis/ nullo errore/ nulla ne ſuperſtitione/ ſed ad correptionem et caſtigationem carnis/ ne deliciis ſaturata/ laſciuiat aut ſpumat in libidinē. Qui enim vacat omni ſuperſtitione/ nihil aliud ſpectat qꝫ nature neceſſitatem.

Periculoſum igitur valde eſt/ condemnare quempiam ex vſu rerum per ſe nō malarum/ aut non vſu/ quando ratio peccati (ſi quando peccatur in his rebus) eſt in animo et opinione vtentis vel non vtentis/ non autem in natura rerum. Ab eodem abſtinet interdū firmus a quo abſtinet infirmus ſed alia mente et opinione/ infirmus ex ſuperſtitione/ firmus vero ex ſtudio continentie et caſtitatis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Quando vetus ſuperſtitio perſuaſerat Judeis/ quoſdam cibos eſſe natura ſic immundos vt illis vtentes contaminarent/ quos illi communes appellabant. Oſtendit apoſtolus nihil eſſe per ſe immūdum/ niſi ei qui erroneam habeat conſcientiam.

Nam ſicut in futuro regno nō erit eſca et potus ita euangelica doctrina vitaqʒ Chriſtiana/ neqʒ ciborum delectu conſtat/ neqʒ potus diſcrimine/ quo nihil momenti habent ad pietatem.

Diſſimulare nos docet ab intentione edendi aut non edendi/ potius q̄ ad ſcandalum vſqʒ diſceptare.

rationem reddet deo. Ne poſthac igitur alius aliū iudicem⁹/ verū illud magis ne offendiculum ponatur fratri/ aut lapſus occaſio. Noui ſiquidem/ et perſuaſum habeo per dominum Jeſum/ nihil eſſe commune per ſe/ niſi ei qui exiſtimat aliquid eſſe commune/ illi commune eſt. Uerum ſi propter cibum frater tuus contriſtatur/ non iam ſecundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas/ pro quo Chriſtus mortuus eſt. Ne veſtrū igitur bonum/ hominum maledicentie ſit obnoxium. Non enim eſt regnū dei cibus ac potus/ ſed iuſtitia et pax et gaudium in ſpiritu ſancto. Etenim qui per hec ſeruit Chriſto/ acceptus eſt deo/ et probatus hominibus. Itaqʒ que pacis ſunt/ ſectemur/ et que edificationis/ alius erga alium. Ne cibi cauſa deſtruas opus dei. Omnia quidem pura/ ſed malum eſt homini qui per offendiculum veſcitur. Bonum eſt non edere carnes/ neqʒ bibere vinum/ neqʒ quicq̄/ per quod frater tuus impingit/ aut offenditur/ aut infirmatur. Tu fidem habes? Apud temetipſum habe coram deo. Beatus qui non iudicat ſeipſum in eo quod probat. Atqui diiudicat/ ſi ederit/ condemnatus/ quoniam non edit ex fide. Porro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

quicquid ex fide non eſt/ peccatum eſt. Caput xv.

Debemus autem nos qui potentes ſumus/ infirmitates impotentium portare/ ac nō placere nobiſipſis Nam vnuſquiſq3 noſtrū proximo placeat in bonum ad edificationem. Etenim Chriſtus non placuit ſibiipſi/ ſed quemadmodum ſcriptum eſt. Opprobria opprobrantium tibi inciderunt in me. Nam quecunq3 preſcripta ſunt/ in noſtram doctrinam preſcripta ſunt/ vt per patientiam et conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Deus autem patientie et conſolationis det vobis idem mutuo inter vos ſentire ſecundum Jeſum Chriſtum/ vt vnanimiter vno ore glorificetis deum/ ac patrem domini noſtri Jeſu Chriſti. Quapropter aſſumite vos inuicem/ quemadmodum et Chriſtus aſſumpſit vos in gloriam dei. Illud aūt dico/ Jeſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis pro veritate dei/ ad confirmandas promiſſiones patrum. Ceterum vt gentes pro miſericordia glorificent deum Sicut ſcriptum eſt. Propter hoc confitebor tibi in gentibus et nomini tuo canam. Et rurſum dicit. Gaudete gentes cum populo eius. Et rurſum

Recte ait debemus/ quia oportet doctores infirmos firmare/ et imperitos erudire cum manſuetudine/ ne prouocati dum contendere volunt/ in deterius proficiant.

Chriſtus vtriq3 hominum generi inſeruiuit/ ſcilicet Judeis et gentibus/ vt illi gaudeant q̄ diu expectata tandem aſſecuti ſunt. Hec q̄ expectatis potiuntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Vnde dicitur Actorum xi. De Judeis cum audiſſent Petri ſermonē pro Cornelio/ his autem auditis obticuerunt/ et glorificauerunt deū dicentes. Jgitur et gentibus deus penitentiam conceſſit ad vitam.

Laudate dominum omnes gentes/ et collaudate eum oēs populi. Et rurſum Eſaias dicit. Erit radix Jeſſe/ et qui exurget ad imperandum gētibus/ in eo gentes ſperabunt. Deus autem ſpei impleat vos omni gaudio et pace/ in credendo/ in hoc/ vt exuberetis in ſpe per potentiam ſpiritus ſancti. Perſuaſſum enim habeo fratres mei et ipſe ego de vobis/ ꝙ et ipſi pleni eſtis bonitate/ impleti omni ſcientia/ valentes etiam inuicem alius alium admonere. Sed tamen audatius ſcripſi vobis frēs ex parte/ veluti cōmonefaciens vos propter gratiam que data eſt mihi a deo/ in hoc vt ſim miniſter Jeſu Chriſti in gentes/ adminiſtrans euangelium dei/ vt fiat oblatio gentium acceptabilis/ ſanctificata per ſpiritum ſanctum. Habeo igitur quod glorier per Chriſtum Jeſum/ in iis que ad deū pertinent. Non enim auſim loqui quicq̄ eorum/ que non effecit Chriſtus per me/ in obedientiam gentium/ verbo et facto per potentiam ſignorum et prodigiorum/ per potentiam ſpiritus dei/ vt ab Hieruſalem et in circumiacentibus regionibus/ vſq3 ad Jllyricum impleuerim euangelium Chriſti/ ita porro annitens predicare euangelium/ non

Eſt autem Jllyricum lata regio inter Jtaliam/ Germaniam/ Thratiam et Macedoniam/ habens ab vno latere mare Adriaticum/ et ab alio Danubiū que regio nunc Schlauonia vel Boſnenſis dicitur.

vbi nominatus erat Chriſtus/vt ne ſuper alienum fundamentum edificarem

ſed quemadmodum ſcriptum eſt. Quibus non eſt annuntiatum de eo/vide-

bunt/et qui nō audierāt/intelligent Quapropter et prepedit⁹ ſum ſepe/quo

minus venirem ad vos Nunc vero cum non amplius habeam locum in regi

onibus his/deſiderium autem habeam veniendi ad vos multis iam annis/

quandocunqꝫ iter inſtituero in Hiſpaniam/veniam ad vos. Spero eñ fore

vt iſtac iter faciens/videā vos/et a vobis producar illuc/ſi tamen veſtra con

ſuetudine prius ex parte fuero expletus. Nunc autem proficiſcor Hieroſoly-

mam/miniſtrans ſanctis Uiſum eſt enim Macedonie et Achaie cōmunicati

onem aliquam facere in pauperes ſanctos/qui ſunt Hieroſolymis. Nam ita

viſum eſt ipſis/ et debitores illorum ſunt. Etenim ſi ſpiritualia ſua commu-

nicauerunt gentibus/ debent et he in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igitur

vbi perfecero/et obſignauero illis fructum hunc/reuertar per vos in Hiſpa

niam Scio nanqꝫ ꝙ vbi venero ad vos/cum plenitudine benedictionis euan-

gelij Chriſti venturus ſim. Obſecro autem vos fratres per dominū noſtrum

Sancta fuit hec ambitio Pauli apud deum/qua voluit ꝙ latiſſime iacere fundamenta Chriſtiane religionis/idqꝫ in locis in quibus nondum predicatum fuerat de Chriſto.

Cum Paulus vocat eleemoſynam benedictionem/vt hic/videtur verecunde ſignificare vt Rhomani quoqꝫ aliquid cōferant/in ſubſidia pauperum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Si Paulus apoſtolus et propheta ac ſpiritu ſancto plenus/ poſtulat iuuari fidelium precibus contra hoſtium inſidias. Quanto magis/ nobis peccatoribus idem poſtulandum eſt.

Jeſum Chriſtum/ et per dilectionem ſpiritus/ vt me laborantem adiuuetis precationibus pro me ad deum/ vt liberer ab incredulis in Judea/ vtq; miniſterium hoc meũ quod exhibebo Hieroſolymis/ acceptũ ſit ſanctis/ vt cum gaudio veniam ad vos/ per voluntatẽ dei/ vnaq; vobiſcum refociller. Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

Caput xvi.

Commendo autem vobis Phebẽ ſororem noſtrã/ que eſt miniſtra eccleſie Cenchreenſis/ vt illam ſuſcipiatis in Chriſto/ ita vt decet ſanctos/ et adſitis ei in quocunq; vobis eguerit negotio. Nam hec cum multis adfuit/ tum mihi etiã ipſi Salutate Priſcam et Aquilam/ adiutores meos in Chriſto Jeſu/ qui pro anima mea ſuam ipſorum ceruicem ſuppoſuerunt Quibus non ego ſolus gratias ago/ ſed et omnes eccleſie gẽtium. Item que in domo illorum eſt congregationem. Salutate Epenetum dilectum meum/ qui eſt primitie Achaie in Chriſto Salutate Mariam/ que multum laborauit erga nos Salutate Andronicum et Juniam/ cognatos meos et cõcaptiuos meos/ qui ſunt inſignes inter apoſtolos/ qui etiam ante me fuerunt in Chřo. Salutate

Cenchreis hoc loco/ eſt ſtatio naualis Corinthiorum Reperiuntur nanq; huius nominis plura loca/ vt in Troade et in Italia.

Hanc Priſcam putant alibi dictam Priſcillam/ Actorũ. xviij: que fuerat vxor Aquile/ viri Judei Pontici genere/ qui tabernaculorum erat artifex/ ſiue ſutor autore Origene.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Ampliam dilectum meum in domino. Salutate Urbanum adiutorem noſ-
trum in Chriſto/ et Stachyn dilectum meum Salutate Appellam/ probatum
in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli familiaribus. Salutate He-
rodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi familiaribus/
hos qui ſunt in domino. Salutate Triphenam et Triphoſam/ que laborant
in domino. Salutate Perſidem dilectam/ que multum laborauit in domino
Salutate Rufum/ electum in domino/ et matrem illius ac meam. Salutate
Aſyncritum/ Phlegontem/ Hermam/ Patrobam/ Mercurium/ et qui cum
his ſunt fratres. Salutate Philologum/ et Iuliam/ Nereũ et ſororem eius/
et Olympam/ et qui cum his ſunt/ oẽs ſanctos. Salutate vos inuicem cum
oſculo ſancto. Salutant vos eccleſie Chriſti. Obſecro autem vos fratres/ vt
cõſideretis eos qui diſſidia et offendicula cõtra doctrinã (quã vos didiciſtis)
gignunt/ et declinetis ab illis. Nam qui eiuſmodi ſunt/ domino Jeſu Chriſto
non ſeruiunt/ ſed ſuo ventri/ et per blandiloquentiam et aſſentationem deci-
piunt corda ſimplicium. Nam veſtra obedientia ad omnes permanauit

Carnales quidam/ voluptatibus ad-
huc ſeruientes/ ac ventrem pro deo ha-
bentes non ferebant ſpiritualem euan-
gelij doctrinam/ cupiditatibus carnali-
bus pleni/ et ſic ſola fide cõtenti/ vt ab
omni opere bono prorſus abſtineant
et ceſſant.

Ac ſi dicat Simplicitas laudanda eſt/ ſed tamen quoniam ſuſpicionem neſcit ſepe obnoxia eſt impoſture/ ideo vult illos eſſe occulatos ad ea ſectanda que bona ſunt/ et declinanda/que pietatis ſynceritatem viciant.

Gaudeo igitur ſane de vobis. Sed volo vos ſapientes quidem eſſe ad bonum/ ſynceros autem ad malum. Deus autem pacis conteret ſatanam ſub pedes veſtros breui. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti ſit vobiſcum. Salutant vos Timotheus cooperarius meus/et Lucius/ et Jaſon/ et Soſipater/ cognati mei. Saluto vos ego Tertius/ qui ſcripſi epiſtolam in dño. Salutat vos Gaius hoſpes meus et eccleſie totius. Salutat vos Eraſtus queſtor erarius ciuitatis/ et Quartus frater. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti ſit cum omnibus vobis/ Amen. Ei autem qui potẽs eſt vos confirmare ſecundum euangeliũ meum/ et preconium Jeſu Chriſti/ iuxta reuelationẽ myſterij temporibus eternis taciti/ manifeſtati vero nunc/ et per ſcripturas propheticas iuxta delegationem eterni dei in obedientiam fidei/ in omnes gentes patefacti/ ſoli ſapienti deo/ per Jeſum Chriſtum/ cui gloria in ſecula/ Amen.

Finis Epiſtole ad Rhomanos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

In priorem ad Corinthios epiſtolam argumentum per Eraſmum Roterodamum.

Corinthus Achaie Metropolis olim erat/ ob portuum commoditatem (eſt enim Iſthmos) emporium totius Aſie/ tum celeberrimum tum opulentiſſimū Fere ſit autem/ vt eiuſmodi ciuitatum mores multo ſint corruptiſſimi/ ꝙ vndiq; ex omni natione non tam mores q̃ vitia ſoleant importari/ et magnam vite licentiam/ negotiatorum genus ſibi vindicat. Proinde Corinthij tametſi predicatione Pauli iampridem euangelicam doctrinam accepiſſent/ tamen adhuc ingenij viteq; prioris veſtigia nonnulla ac reliquie manebant/ adeo vt periculum eſſet/ ne per philoſophos/ crucis predicationem vt humilem et indoctam faſtidientes/ et pſeudapoſtolos ad Iudaiſmum inuitantes/ a Chriſti ſpnceritate alienarentur. Vſq; adeo ardua res eſt/ ab ijs in quibus natus ſis et quibus diu aſſueueris/ in aliū hominen transformari. Quin diuus Hieronymus in prefatione ſecūdi libri commentariorum/ quos ſcripſit in epiſtolam ad Galatas/ teſtatur ſua etiamnum etate apud Achaicos/ horum que Paulus Corinthijs obijcit extitiſſe reliquias. Cum hodie ſatis eſſe putemus aquula modo tingi/ vt ſubito fias Chriſtianus. Paulus igitur ſciens/ non minoris eſſe virtutis parta tueri/ q̃ paraſſe filios ſuos/ quos magno ſtudio Chriſto genuerat (nam ſeſquiannum apud illos egerat) pari ſtudio ad Chriſtum reuocat/ et in euangelica doctrina confirmat/ nunc apoſtolica ſeuiens autoritate/ corripiens/ obiurgans/ ac minitans deniq;/ nunc paterno affectu blandiens atq; exhortans/ et neceſſarie reprehenſionis acrimoniam laudis admixtu leniens/ et ſapientum medicorum exemplo/ amarum abſynthij pharmacum prelito melle condulcans/ ac ſingulis malis opportuna admouens remedia. Primum/ opulentie comes ſolet eſſe tumor ac ferocitas. Et inter feroces plerumq; factiones oriuntur/ dum nullus alteri vult cedere/ et ſe quiſq; potiorem ducit. Ad hec/ opes comitatur luxus et gule ſtudium/ luxus libidinem comitem trahit. Porro negotiatorum peculiaris eſt auaritia. Neq; vero ſolum tumebant opibus/ verumetiam grecanice philoſophie ſupercilio/ ſine qua ceteros vt Barbaros deſpiciebant. Tumoris erat ꝙ ex dignitate apoſtolorum/ a quo quiſq; fuerat baptzatus/ efferrent ſeſe. Hinc ille diſſidiorum voces/ ego Apollo/ ego Cephe/ ego Pauli. Preterea ꝙ ne in conuenticulis quidem ſolennibus ſatis inter eos conueniret/ cum in donis ſpiritualibus ſibi quiſq; placeret/ et dum in eodem dono ſibi nollent inuicem cedere/ tumultus et confuſio naſceretur/ adeo vt in publico conuentu mulieres etiam loquerentur ac docerent. Porro luxus ſimul et tumoris erat/ ꝙ quoties ad ſacroſanctam cenam conuenirent/ quam Paulus dominicam vocat/ in qua maxime conueniebat preſtare Chriſtianam concordiam/ diuites non expectatis tenuioribus cibum caperēt/ et vſq; ad temulentiam ſeſe ingurgitarent/ eſurientibus ceteris/ vt iam non ſolum diſſidium illic eſſet et intemperantia/ verumentiam indecora quedam inequalitas/ quam dnica cena neſciebat. Iam partim tumoris/ partim philoſophie vitium erat/ ꝙ Paulum quidam illorum/ vt tenuem atq; humilem/ deinde ineloquentem/ et imperitum faſtidirent. Proprium vero philoſophie fuit/ ꝙ reſurrectionem mortuorum/ fidei noſtre baſim/ in dubium vocarent. Luxus erat/ ꝙ promiſcue veſcerentur ijs/ que tum ſimulacris demonum immolabantur/ non vitato offendiculo infirmorū. Libidinis erat/ que nuſq̃ gentium regnabat impunitius q̃ Corinthi/ ꝙ preter alia repertus ſit inter eos/ qui patris vxorē/ hoc eſt/ nouercam ſuam ſtupro contaminarit/ nec huius autorem flagitij e ſuo contubernio profligarint/ ꝙ cum alijs flagitioſis Chriſtianis commercium habuerint/ velut illorum vitijs fauentes. Huc pertinet/ ꝙ preter decorum et viri eſſent comati/ et mulieres non vererentur nudo capite conſpici in cetu eccleſiaſtico/ velut ipſe corporis habitu mores effeminatos/ ac delicias pre ſe ferentes. Auaritie erat/ ꝙ non de fama/ neq; de capite/ ſed de re pecuniaria inter ſeſe lites agitarent/ eo gliſcente pecunie ſtudio/ vt Chriſtiani rerum eiuſmodi contemptū profeſſi/ apud ethnicos et impios iudices litigarent/ magno dedecore Chriſtiani nominis. Et adeo non negligerent potius pecuniole iacturam/ vt ipſi vltro alios in huiuſmodi negotijs circumuenirent. Poſtremo de matrimonio inter ſeſe diſſentiebant/ iam tum aſſeuerantibus quibuſdam Chriſtianis/ in totum a coniugio temperandum/ cum viderent apoſtolos ab vxoribus ſuis abſtinere. Morbos oſtendi Corinthiorum/ non omnium/ ſed quorundam/ qui ne gregem vniuerſum contagio inficerent/ Paulus his remedijs occurrit. Primo loco prefatus fiduciam ſuam de futura illorum conſtantia in euangelio Chriſti/ ſeuerius obiurgat ac docet/ ne per contentionem humanam in hominibus glorientur/ ſed per concordiam ex equo glorientur in Chriſto/ cui vni accepta ferenda ſunt omnia/ obiter indicans fontem eiuſmodi diſſidiorum/ animi tumorem eſſe. Proinde a ſupercilio mundane philoſophie ad crucis humilitatem reuocat/ que licet oſtentationem non habeat/ vim tamen et energiam habet. Indicat et autores huius mali pſeudapoſtolos/ qui poſt Pauli abitum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſeſe ingerebant/ declarans ſe rectum fecisse fundamentum/ cauendum ne illi ſuperſtruerent quod paulopoſt eſſet demoliendum/ hoc eſt/ ne quid diſcerent Corinthij/ quod mox eſſet dediſcendum. Deinde ceu pater cum filijs expoſtulat/ ꝙ huc prouecti ſint magnitudinis/ vt iam autorem ſuum velut humilem contemnant/ nihil non perpetientem euangelij gratia/ cui ob id ipſum magis etiam fauere conueniebat. Hortatur autem filios/ ne degenerent a patre/ neu vltro ſe pedagogis in ſeruitutem dedant. Atqꝫ hec quidem potiſſimum agit capite primo/ ſecundo/ tertio/ et quarto. Porro quarti finis ad quinti initium mihi videtur pertinere. De inceſto precipit/ et publico conſilio decernit/ vitandam hominis conſuetudinem/ partim quo pudore correctus reſipiſcat/ partim ne huius contactu ceteri inficiantur. Admonet autem non hunc modo vitandum/ verumetiam omnes qui falſo titulo Chriſtiani manifeſtis flagitijs eſſent infames. Nam ethnicos flagitioſos non ita oportere vitari/ vel ꝙ noſtra non referat quales illi ſint/ vel ꝙ paſſim eſſent flagitioſi/ vt omnes vitandi fuerint ei/ qui flagitioſos vellet effugere. Hec agit capite quinto. Tertio de litibus admonet/ ſi quid huiuſmodi queſtionum inter ipſos natū eſſet/ quod ipſum tamen inter Chriſtianos fedum videretur/ ob pecuniam/ que nobis debeat eſſe viliſſima/ contendere/ ne res eo procedat/ vt ethnici iudices adeantur/ ſed ipſi per arbitros quoſcunqꝫ rem inter ſe tranſigant. Idqꝫ agit capite ſexto/ cuius magna pars ad ſeptimum pertinet/ mea quidem ſententia/ nimirum ab eo loco quo de matrimonio tractaturus/ inter cetera vitia ſcortationem/ adulterium et maſculam Venerem damnat/ idqꝫ proſequitur ſub initium proximi capitis. Neſcitis ꝙ membra veſtra templa ſunt Chriſti ? Quarto loco precipit de matrimonio/ de viduitate/ de impari connubio/ de diuortijs/ de virginitate/ obiter admonens/ ob ſuſceptum Chriſtianiſmum non eſſe mutandum vite ſtatum. Totoqꝫ hoc ſermone ita hortatur ad celibatum/ et continentiam/ vt tamen coniugij remedium non adimat ijs quibus opus eſt. Hoc agitur capite ſeptimo. Quinto docet carnes immolatas ſimulacris re nihil differre a ceteris carnibus/ et tamen ab his abſtinendum/ ſi periculum ſit/ ne quis ethnicus/ aut Chriſtianus infirmior/ ex eo ꝙ veſceris/ exiſtimet te ſimulacrorum aſſentiri culture. Ab his et huiuſmodi vitijs veterū exemplo deterret. Idqꝫ agit capite octauo/ ac rurſus capite nono. Nam in medio expatiatur in commendationem ſui/ tacite ſe preferēs ceteris apoſtolis etiam ſummis/ qui ſolus omnium Corinthijs gratis impartierit doctrinam euangelicam. Sexto docet quid oporteat obſeruari in conuentu publico Chriſtianorum/ ne viri ſint comati/ ne mulieres nudo capillitio/ tum in dominico conuiuio ſeruetur communitas et equalitas/ neqꝫ enim illic agi negotium ventris/ quod domi rectius agatur/ ſed myſticis epulis repreſentari cenam dominicam. Preterea monet/ ne quis ob dotem ſpiritualem ſibi placeat/ ſed ſuam quiſqꝫ dotem in commune conferat commodum/ exemplo membrorum corporis/ exhortans vt reliquis quidem donis que contigerunt/ recte vtantur/ precipue tamen enitantur ad charitatem/ ſine qua reliqua adeo nihil conducant/ vt officiant etiam. Porro cum charitati primas tribuerit/ proximas tribuit prophetie/ ſic enim vocat enarrationem arcane ſcripture. In hac admonet vitandum eſſe tumultum et confuſionem. Id fore/ ſi viciſſim et pauci dicant/ mulieribus interim ſilere iuſſis/ adeo vt nec diſcendi gratia rogare liceat in cetu. Hec agit capite xi. xij. xiij. et xiiij. Septimo loco varijs argumentis aſtruit reſurrectionem mortuorum/ declarans/ qualis et quibus modis ea ſit futura. Atqꝫ id quidem capite xv. Poſtremo capite/ familiaria quedam ſubijcit/ de collatione pecunie in ſubſidia pauperum/ de ſuo ad Corinthios reditu. Poſtremo Timotheum et alios aliquot illis commendat. Diuus Ambroſius putat hanc nō eſſe primam epiſtolam/ quam Paulus ſcripſerit Corinthijs/ hanc opinor coniecturam ſecutus/ quod capite quinto/ Scripſi/ inquit/ vobis in epiſtola/ quaſi prius alteris literis ſuper hac re ad illos ſcripſerit Etiamſi Greci iterpretes diſſentiunt Hanc miſſam putant per Timotheum/ cuius ſemel atqꝫ iterum facit mentionem/ ſimulqꝫ per Stephanam/ Fortunatum/ et Achaicū/ quos illis commendat. Rurſus alij putant ab Epheſo miſſam/ ꝙ in calce ſcribat/ Permanebo autem Epheſi vſqꝫ ad pentecoſten. Alij e Philippis/ nam hanc inſcriptionem habent Grecorum codices. Nec mihi coniectare licet/ quid ſecuti ſint/ qui ita ſenſerunt/ niſi colligunt ex itinere ſcriptam/ ob ea que ſcribit Paulus/ Veniam autem cum Macedoniam pertranſiero/ nam Macedoniam pertranſibo. Ac mox/ Nolo enim vos modo in tranſitu videre

Argumenti Finis

Epiſtole prioris ad Corinthios Caput primum.

PAulus vocatus apoſtolus Jeſu Chriſti/ per volũtatem dei et Soſthenes frater/ eccleſie dei que eſt Corinthi/ ſanctificatis per Chriſtum Jeſum/ vocatis ſanctis/ vna cum omnibus qui inuocant nomen dñi noſtri Jeſu Chriſti/ in quouis loco vel ſuo/ vel noſtro. Gratia vobis et pax a deo patre noſtro/ et dño Jeſu Chriſto Gratias ago deo meo ſemper pro vobis de gratia dei/ que data eſt vobis per Chr̃m Jeſum/ ꝙ in oĩbus ditati eſtis per ipſum/ in omni ſermone/ et omni cognitione (quibus rebus teſtimonium Jeſu Chriſti confirmatum fuit in vobis) adeo/ vt non deſtituamini in vllo dono/ expectantes reuelationẽ dñi nr̃i Jeſu Chr̃i/ qui et cõfirmabit vos vſqꝫ ad finem inculpatos in die dñi nr̃i Jeſu Chr̃i Fidelis deus per quem vocati eſtis in conſortium filij ipſius Jeſu Chr̃i dñi nr̃i. Obſecro aũt vos fratres per nomẽ dñi nr̃i Jeſu Chr̃i/ vt idem loquamini oẽs/ et non ſint inter vos diſſidia/ ſed ſitis integrũ corpus/ eadẽ mẽte/ et eadẽ ſententia. Significatum eſt enim mihi de vobis frẽs mei a familiaribus Chloe/ ꝙ contentiones ſint

Vocatus nõ eſt hoc in loco participium dictus aut noĩatus/ ſed nomen abſolutum/ veluti dicas/ apoſtolus eſt vocaticius ſiue vocatione hoc eſt electione/ quo noĩe ſignificat ſe non aliquo ambitionis ſtudio/ vſurpaſſe aut inuaſiſſe hanc dignitatẽ/ ſed ad illam a deo eſſe vocatum.

Gratia tuebitur innocẽtiam/ hanc comitatur concordia et pax. Gratia nos a peccatis aſſertos conciliat nos deo. Pax vero conciliat nos hominibus.

Vbicũqꝫ ſimplici mente non idem creditur/ vbicũqꝫ fideliter loquendo et operando non idem ſentitur/ ibi non eſt integrum corpus/ hoc eſt perfectum/ ſed mutilum et mancum/ quales ſunt ſchiſmaticorum eccleſie.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

inter vos Dico aūt illud/ quod vnuſquiſq; vr̄m dicit Ego quidē ſum Pauli/ ego vero Apollo/ ego vero Cephe/ ego vero Chr̄i. Num diuiſus eſt Chriſtus? Num Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati fuiſtis? Gratias ago deo meo/ ꝙ neminem veſtrum baptizauerim/ niſi Criſpum et Gaium/ ne quis dicat/ ꝙ in meo nomine baptizauerim. Baptizaui autem et Stephane familiam. Preterea haud ſcio/ num quem alium baptizauerim. Non enim miſit me Chriſtus vt baptizarem/ ſed vt euangelizarem/ non erudito ſermone/ ne inanis reddatur crux Chriſti. Nam ſermo crucis/ ijs quidē qui pereunt/ ſtulticia eſt/ at nobis qui ſalutem cōſequimur/ potentia dei eſt Scriptū eſt enim Perdam ſapientiam ſapientium/ et intelligētiam intelligentium reiiciam. Ubi ſapiens? vbi ſcriba? vbi diſputator ſeculi huius? Nonne infatuauit deus ſapientiam mundi huius? Nam poſtq; in ſapientia dei/ non cognouit mundus per ſapientiam deum/ viſum eſt deo/ per ſtulticiam predicationis ſaluos facere credentes. Quandoquidem et Iudei ſignum poſtulant/ et Greci ſapientiam querunt. Nos autem predicamus

Litigabant inter ſeſe / quia credebant baptiſmū aliquid virtutis accipere ex merito ac dignitate baptizantium miniſtrorum/ atq; ideo quiſq; ſibi placebat ex opinione vel dignitate ſui apoſtoli. Errabant igitur neſcientes baptiſmi efficatiam eſſe/ non ab humana aliqua virtute ſed a Chriſti merito.

Vt apoſtoli noua quadam rōne erant potentes ac diuites/ nobiles ac inclyti/ ita nouo quodam modo erant tum eruditi tum eloquētes/ ſimpliciter et inaffectate loquuti ſunt/ ſed tamen cordate et prudenter.

Ac ſi dicat/ Nonne videmus innouari mundum? Nonne videmus homines priſtine religioni/ priſtine philoſophie diffiſos Chriſti crucem amplecti? Nonne iam intelligunt impium eſſe/ quod antea pietas habebatur et ſtultiſſimum eſſe quod prius ſapiens videbatur?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Chriſtum crucifixum/ Judeis quidem offendiculum/ Grecis vero ſtultitiam ſed iiſdem vocatis Judeis/ pariter et Grecis/ Chriſtum dei potentiam/ ac dei ſapientiam. Quoniam ſtultitia dei ſapientior eſt ꝙ̄ homines/ et imbecillitas dei robuſtior eſt ꝙ̄ homines. Videtis enim vocationem veſtram

Judei offenduntur admirantes Jone prodigiū/ Chriſti vero facta Jona tanto maioris calumniantur. Grecis vero qui (rōnibus veſtigant oīa) ſtultū videtur virginē celitus concepiſſe fetum/ ſub homine latuiſſe deū/ morte vitam eſſe reſtitutam/ reuixiſſe qui ſemel eſſet mortuus.

fratres/ ꝙ non multi ſapientes ſecundum carnem/ non multi potentes/ non multi claro genere nati/ verum que ſtulta erāt ſecundum mundū/ delegit deus vt pudefaceret ſapiētes/ et que erāt imbecillia in mundo/ delegit deus vt pudefaceret ea que ſunt robuſta/ et que ignobilia erant in mundo contēptaqꝫ/ delegit deus/ et ea que nō erant/ vt ea que ſunt obliteraret/ vt ne glorietur vlla

Per humiles orta eſt euangelij gloria/ per humiles dilatatur/ vt verſis rerum vicibus/ humilitas expugnet altitudinem/ ſimplicitas coarguat humanam aſtutiam.

caro coram ipſo. Ex eodē autem vos eſtis in Chriſto Jeſu/ qui factus fuit nobis ſapientia a deo/ iuſtitiaqꝫ et ſanctificatio/ et redēptio Vt quemadmodum ſcriptum eſt. Qui gloriatur in dn̄o glorietur.

Qui factus fuit nobis ⁊c̄ ſapientia/ ne nobis opus eſſet/ philoſophia/ Juſtitia id eſt innocentia/ vt nihil iam ſit quod moſaice legis opē deſideramus/ per hūc acceſſit vite ſanctimonia/ ne quis hanc ſuis adſcribat meritis/ per hunc etiam contigit redemptio/ hoc eſt libertas/ vt eius ſanguine redempti ſumus/ a vitiorum tyrannide. Breuiter/ felicitatis ſummam vni Chriſto debemus/ et autori patri.

Caput Secundum.

ET ego cum venirem ad vos frēs/ nō veniebam cum eminētia ſermonis aut ſapientie/ annuntians vobis teſtimonium dei. Non em̄ me iudicaui quicquam ſcire inter vos/ niſi Jeſum Chriſtum/ et hunc crucifixum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Et ego per infirmitatem et cum timore ac in tremore multo apud vos verſatus ſum/ et ſermo meus et predicatio mea non erat in perſuaſoriis humane ſapientie verbis/ ſed in oſtenſione ſpiritus ac potentie/ vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum/ ſed in potentia dei. Porro ſapientiam loquimur inter perfectos/ ſapientiam autem non ſeculi huius/ neqꝫ principum ſeculi huius qui abolētur/ ſed loquimur ſapientiam dei in myſterio que eſt recondita/ quam prefinierat deus ante ſecula in gloriam noſtrā/ quam nemo principum ſeculi huius cognouit. Nam ſi cognouiſſent/ haud quaqꝫ dominū glorie crucifixiſſent. Sed quemadmodum ſcriptum eſt. Que oculus non vidit/ et auris non audiuit/ et in cor hominis non aſcenderunt/ que preparauit deus diligentibus ſe. Nobis autem deus reuelauit per ſpiritū ſuum. Spiritus enī omnia ſcrutatur/ etiam profunditates dei. Quis enim hominum nouit ea que ſunt hominis/ niſi ſpiritus hominis/ qui eſt in eo? Sic et ea que ſunt dei/ nemo nouit niſi ſpiritus dei. Nos vero non ſpiritum mundi accepimus/ ſed ſpiritum qui eſt ex deo/ vt ſciamus que a Chriſto donata ſint nobis/ que et loqui-

Et ſermo meus ꝛc. ac ſi dicat Qualis erat vite habitus/ talis erat etiam oratio/ et ſermo meus nullis rethorum ornamentis inſtructus/ aut philoſophorum argumentis picturatus/ qui declararet/ quantū ipſe pollerem vel eloquentia vel eruditione/ ſed tamē efficax fuit ad transfigurandos vos.

Quoniam hec ſapientia ſimplicibus ac puris animis delectatur et ob id nemo principū huius eui eam eſt aſſequutus Nec Pilatus nec Annas aut Caiphas nec Phariſei/ nec ipſi demones.

Ac ſi dicat faciem hois cuiuis promptum eſt cernere. Ceterum quid lateat in intimis animi receſſibus/ nemo mortalium perſpicit/ niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

mur non ſermonibus quos docet humana ſapientitia/ ſed quos docet ſpiritus ſanctus/ ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis autem homō nō accipit ea que ſunt ſpiritus dei/ ſtulticia ſiquidem illi ſunt/ nec poteſt cognoſcere ꝙ ſpiritualiter diiudicantur At ſpiritualis diiudicat quidem oīa/ ipſe vero a nemine diiudicatur Quis eñi cognouit mentem domini/ qui conſilium daturus ſit illi? Nos autem mentem Chriſti tenemus

Nam humana que/ ſunt humano more tradūtur/ que celeſtia ac ſpiritualia/ nouo modo tradēda erant/ nec id ſane quibuſlibet/ ſed iis dūtaxat qui hauſto Chriſti ſpiritu/ iam habiles ſunt ſpirituali doctrine quippe ſpirituales et ipſi auditor enim ſpiritualis doctrine ſpirituali congruit.

Caput Tertium

Et ego fratres/ nō potui loqui vobis/ vt ſpiritualibus/ ſed loquendum fuit vt carnalibus/ vt infantibus in Chriſto. Lactis potu vos alui/ et non cibo. Nondum enim poteratis/ imo ne nunc quidem adhuc poteſtis/ nam adhuc carnales eſtis. Siquidem cum in vobis ſit emulatio et contentio et factiones/ nonne carnales eſtis et ſecundum hominem ambulatis? Et eñi cum dicat aliquis. Ego quidem ſum Pauli/ alter vero/ ego Apollo/ nonne carnales eſtis? Quis igitur eſt Paulus/ quis autem Apollo? niſi miniſtri per quos credidiſtis/ et vt cuiqꝫ dominus dedit. Ego plantaui/ Apollo rigauit/ ſed deus dedit incrementum. Itaqꝫ neqꝫ qui plantat eſt aliquid/ neqꝫ

Fidei philoſophia/ etiam ſuam habet etatem/ nam habet rudimenta/ habet profectus habet faſtigium/ ideo aplūs non poterat illis ab initio loqui tanqꝫ ſpiritualibus/ hoc eſt iam perfectis et plene adultis in Chriſto Jeſu.

Nam huiuſmodi titulis inter ſe decertant humane philoſophie diſcipuli. Ego ſum Ariſtotelicus/ Ego Platonicus/ Ego Stoicus/ Ego Epicureus/ Diſcipuli vero Chriſti vno Chriſto autore gloriantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

qui rigat/ ſed qui dat incrementum deus. Ceterum is qui plantat/ et is qui rigat/ vnum ſunt. Unuſquiſqʒ tamen ſuam mercedem accipiet iuxta ſuum laborem. Etenim dei ſumus cooperarij/ dei agricolatio/ dei edificatio eſtis/ iuxta gratiam dei/ que data eſt mihi. Ut ſapiens architectus fundamentum poſui/ alius autem ſuper illud edificat. Porro quiſqʒ videat quomodo ſuper ſtruat. Nam fundamentum aliud nemo poteſt ponere/ preter hoc quod poſi tum eſt/ quod eſt Jeſus Chriſtus. Nō ſi quis ſuperſtruit ſuper fundamētum hoc/ aurum/ argentum/ lapides pretioſos/ ligna/ fenum/ ſtipulam/ cuiuſqʒ opus manifeſtum fiet. Dies enim declarabit/ quod in igne reuelatur/ et cu- iuſqʒ opus quale ſit/ ignis probabit. Si cuius opus manſerit/ quod ſuper- ſtruxit/ mercedem accipiet/ ſi cuius opus exuſtum fuerit/ damnum patietur/ ipſe vero ſaluus fiat/ ſed ſic tanqʒ per ignem. An neſcitis ꝙ templum dei eſtis/ et ſpiritus dei habitat in vobis? Si quis templum dei prophanat/ hunc perdet deus. Nam templū dei ſanctum eſt/ quod eſtis vos. Ne quis ſeipſum fallat Si quis ſibi videtur ſapiens eſſe inter vos/ in ſeculo hoc ſtultus

Meritorum ac premiorum ratio in hoc conſiſtit/ vt quiſqʒ gnauiter fideliter/ ac hilariter preſtet officium. Nam qui ex neceſſitate aut ex triſtitia/ aut etiam neg ligēter preſtat officium et laborem/ aut ludit operam/ aut mercedē ſe dignam referet.

Simpliciſſimus ſenſus eſt optimus/ ſi accipiamus de doctrina apoſtolorum Paulo ſuccedētium. Jlle bonum poſuit fundamentū (Videant (inquit) ceteri quid ſuperſtruant (Si digna Chriſto durabit opus etiam in luce conſpectum Sin Judaiſmum adiunxerint/ fallent quidem ad tempus/ ceterū patefiet illo rum impoſtura/ ſimul atqʒ vero iudi- tio perpendi ceperit/ eſt tamen ſpes ſa- lutis/ q̃ʒdiu manſerit fundamentum Chriſtus.

Huius templi ſanctimonia ſeruatur/ innocentia et moribus Chriſto dignis/ prophanatur vero/ et conſpurcatur am bitione/ libidine/ diſſidio et his ſimili- bus affectibus et morbis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

fiat/ vt reddatur ſapiens. Etenim ſapientia mundi huius/ ſtultitia eſt apud deum. Scriptum eſt enim. Qui cōprehendit ſapientes in aſtutia ipſorum. Et rurſum. Dominus nouit cogitationes ſapientium/ ꝙ ſint vane Itaqȝ ne quis glorietur in hominibus. Omnia nanqȝ veſtra ſunt/ ſiue Paulus/ ſiue Apollo/ ſiue Cephas/ ſiue mundus/ ſiue vita/ ſiue mors/ ſiue preſentia/ ſiue futura/ omnia inq̄ȝ veſtra ſunt/ vos autem Chriſti/ Chriſtus vero dei.

Quando ſalutis noſtre negotiū totum ſit diuinum/ non eſt ꝙ homines ſibi quicq̄ȝ hinc vindicent/ nec eſt cur vllam glorie portionem homini velut autori tribuant/ cum tota debeatur deo.

Caput Quartum

Sic nos eſtimet homo/ vt miniſtros Chriſti/ et diſpenſatores myſteriorum dei. Quod ſupereſt autem/ illud requiritur in diſpenſatoribus vt fidus aliquis reperiatur. Mihi vero pro minimo eſt/ vt a vobis diiudicer aut ab humano iudicio/ imo nec meipſum diiudico. Nullius enim rei mihi conſcius ſum/ ſed non per hoc iuſtificatus ſum. Ceterum qui me iudicat/ dominus eſt. Proinde ne ante tempus quicq̄ȝ iudicetis/ donec venerit dominus/ qui et illuſtraturus eſt occulta tenebrarum/ et patefaciet conſilia cordium/ ac tunc laus erit vnicuiqȝ a deo. Hec aūt fratres per figuram tranſtuli

Apoſtoli et predicatores non ſunt autores gratie quam adminiſtrant ſed miniſtri tantum ac diſpenſatores aliene rei. Igitur qui pro diuinis humana docēt/ qui veſtra obediētia ad faſtum ac queſtum abutuntur/ qui ſub euangelij pretextu rem ſuam agunt/ qui ſub vmbra glorie Chriſti/ tyrannidem affectant/ male fidei diſpenſatores ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Neqꝫ Paulus neqꝫ Apollo erant facti-
onum occaſio/ et ideo docēdi gratia de
aliis loquens/ ſemetipſum pro exemplo
poſuit/ ne aperta malorum miniſtro-
rum mentio nimium offenderet.

in meipſum/ et in Apollo/ propter vos/ vt in nobis diſceretis/ ne quis ſupra id quod ſcriptum eſt/ de ſe ſentiat/ vt ne/ hic illius/ ille huius noīe inflemini/ alius aduerſus alium. Quis enim te diiudicat? Quid autem habes/ quod non accepiſti? Qđ ſi etiam accepiſti/ quid gloriaris quaſi non acceperis? Jam ſaturati eſtis/ iam ditati eſtis/ abſqꝫ nobis regnū adepti eſtis/ atqꝫ vtinam ſane adepti ſitis/ vt et nos ſimul vobiſcū regnem9 Arbitror enī ꝙ deus nos/ qui ſumus apoſtoli poſtremi/ oſtenderit tanqꝫ morti addictos/ quoniam ſpectaculum facti ſumus mundo et angelis et hoībus. Nos ſtulti ꝓpter Chriſtum/ vos autem prudentes per Chriſtum/ nos imbecilles/ vos autem validi/ vos clari/ nos contēpti. Ad hoc vſqꝫ tempus et eſurimus et ſitimus/ et nudi ſumus/ et colaphis cedimur/ et incertis vagamur ſedibus/ et laboramus operantes propriis manibus/ male audientes benedicimus/ perſecutionem patientes ſuſtinemus/ conuitiis affecti obſecramus/ veluti excrementa mundi facti ſumus/ omnium reiectamentum ad hunc vſqꝫ diem. Non quo vos pudore ſuffundam/ hec ſcribo/ ſed vt filios meos dilectos admoneo.

Quia tanqꝫ malefici beſtiis obiecti/ in
omne pretorium pertracti/ multis car-
ceribus incluſi/ in omni foro ludibriis
affecti/ adeo vt ſpectaculum fuerimus
non ſolum huic mundo qui Chriſtum
damnat/ non ſolum hoībus qui terre-
na ſapiunt/ ſed etiam ipſis demonibus
qui noſtris malis oblectantur. Breui-
ter/ preter laborem et moleſtiam nihil
ad nos redit. Totus fructus penes vos
eſt/ ſi tamen fructus dici meretur/ quo
vos euaſiſtis non meliores ſed deterio-
res/ in nullo habentes apoſtolice vite
formam.

Nam etiamſi innumeros pedagogos habeatis in Chriſto/ nō multos tamen habetis patres. Siquidem in Chriſto Jeſu/ per euangelium ego vos genui. Adhortor itaq; vos/ vt imitatores mei ſitis Hac de cauſa miſi vobis Timotheum/ qui eſt filius meus dilectus/ et fidelis in domino/ qui vobis in memoriam reducet vias meas/ que ſunt in Chriſto/ quemadmodum vbiq; in omni eccleſia doceo. Perinde quaſi non ſim venturus ad vos/ inflati ſunt quidam. Sed veniam breui ad vos/ ſi dominus voluerit/ et cognoſcam non ſermonem iſtorum qui inflati ſunt/ ſed virtutem. Non enim in ſermone regnum eſt dei/ ſed in virtute Quid vultis? Cum virga veniam ad vos/ an cum charitate/ et ſpiritu lenitatis?

Pedagogus pro tempore ſeuitiam exercet in etatem innocētem/ ac vel queſtus vel metus cauſa facit officium ſi tamen facit. At pater ob inſitam penitus a natura pietatem/ vel ſuo malo filiorū commodis conſulit. Optat igitur Paulus Corinthios eſſe ſibi ſimiles tanq̄ patri non autem pſeudapoſtolis/ in quibus nihil eſt imitacione dignum.

Non enim in magnificis dictis aut verbis ſita eſt euangelij vis/ que cuiuis in promptu ſunt/ ſed in vi ac virtute celeſti/ que tolerantia malorum/ que concordia/ que totius vite innocentia/ que miraculis etiam et charitatis officiis declaratur.

Caput Quintum

OMnino auditur inter vos ſtuprum/ et huiuſmodi ſtuprum/ quod nec inter gentes nominatur/ vt aliquis vxorem patris habeat. Et vos inflati eſtis/ ac non potius luxiſtis/ vt tolleretur de medio veſtrum qui facinus hoc perpetraſſet. Nam ego quidem/ vt abſens corpore/ preſens autem ſpiritu/ iam decreui tanq̄ preſens/ vt is qui ſic hoc patrauit/ in nomine dn̄i noſtri

Cur flagitioſi ſunt tollendi/ hoc eſt eiiciendi e conſortio Chriſtianorū Primum ne fauere videamur turpibus admiſſis Deinde ne peſtis exitialis latius ſerpendo alios inficiat. Poſtremo vt autor ſceleris/ veluti omnium iuditio condemnatus/ pudore tactus reſipiſcat.

Quando hic de excōmunicatione loquitur/ intelligimus excōmunicandi rōem ex tribus potiſſimum cōſtare/ ex decreto preſidentis/ ex cōſenſu multitudinis hoc eſt/potioris et ſanioris partis/atq; ex autoritate Chriſti/ cuius gloria in ferenda excōmunicatione/ vnice ſpectanda eſt.

Jeſu Chriſti/ congregatis vobis et meo ſpiritu/vna cum poteſtate domini noſtri Jeſu Chriſti/tradatur ſatane ad interitum carnis/quo ſpiritus ſaluus ſit in die domini Jeſu. Non eſt bona gloriatio veſtra. An neſcitis/ ꝙ

Nam huiuſmodi amat deus/qui caret peccati fermēto/quod olim typis myſticis adumbratum eſt. Egyptus enim peccati regnum ſignificat. Filij Iſrael Egyptum egreſſi/ veſcebantur azimis paſcha celebrantes/ nos vero liberati a peccatorū tyrannide habemus verum paſcha Chriſtum/ cuius innocentiam ac ſimplicitatem debemus exprimere.

paululum fermenti totam conſperſionem fermentat? Expurgate itaq; vetus fermētum/ vt ſitis noua conſperſio/ ſicut eſtis infermentati. Nam et paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Itaq; feſtum celebremus non in fermento veteri/ nec in fermento malitie et verſutie/ ſed in panibus fermento carentibus/ hoc eſt/ ſynceritate et veritate. Scripſi vobis per epiſtolam/ne cōmiſceremini cum ſcortatoribus/ ac nō omnino cum ſcortatoribus mundi huius/aut cum auaris/aut cum rapacibus/aut ſimulacrorū cultoribꝰ Alioqui vtinam videlicet e mundo exiſſetis Nunc aūt ſcripſi vobis ne cōmiſceamini Si quis cum frater appelletur/ fuerit ſcortator/auarus/aut ſimulacrorum cultor/ aut cōuitiator/ aut ebrioſus/ aut rapax/ cum eiuſmodi ne cibum quidem capiatis. Quid enim ad me attinet etiam de his qui foris ſunt iudicare? Nonne de his qui intus ſunt iudicatis? eos vero qui foris ſunt/ deus

Cum precipit apoſtolus flagitioſos eſſe vitandos/non de omnibus ſentit flagitioſis/ ſed tantum de Chriſtianis/ qui nobiſcum cōmune fraternitatis nomen ſortiuntur/ quibus excōmunicatio medicinalis eſt/ quando pudore tacti ob ſeparationem/tandem reſipiſcunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

iudicat. Etiam profligate iſtū qui malus eſt/ ex vobiſipſis. Caput Sextum

SUſtinet aliquis veſtrum/ negotium habēs cum altero iudicari ſub iniuſtis/ et nō magis ſub ſanctis? An neſcitis/ ꝙ ſancti mundum iudicabunt Et ſi per vos iudicatur mūdus/ indigni eſtis minimis iudiciis? An neſcitis ꝙ angelos iudicabimus/ non tantum iſta que ad victum pertinēt? Proinde iudicia ſiquidem habueritis de iis/ que ad vite vſum attinēt/ qui contempti ſunt in eccleſia/ eos conſtituite. Ad erubeſcentiam veſtram dico. Adeo nō eſt inter vos ſapiens/ ne vnus quidem/ qui poſſit diiudicare inter fratrem ſuum et fratrē? Sed frater cum fratre litigat/ idqꝫ ſub infidelibꝰ? Itaqꝫ iam quidem omnino delictū in vobis eſt/ ꝙ lites habetis inter vos inuicem Cur non potius iniuriam patimini? cur non potius dānum accipiſtis? imo vos iniuriam facitis/ et damno afficitis/ idqꝫ fratres? An neſcitis ꝙ iniuſti regni dei hereditatem non conſequentur? Ne erretis. Neqꝫ ſcortatores/ neqꝫ cultores ſimulacrorum neqꝫ adulteri/ neqꝫ molles/ neqꝫ qui concumbunt cum maſculis/ neqꝫ fures/ neqꝫ auari/ neqꝫ ebrioſi/ neqꝫ maledici/ neqꝫ rapaces/

Paulus miratur aliquem eſſe Chriſtianum qui poſſit animum inducere/ vt apud ethnicos iudices/ pro re pecuniaria contendat/ quia iudicat hoc vehementer pudendum.

Non enim ſatis eſt nos baptiſmo ablutos eſſe/ neqꝫ ſufficit nos Chriſto eſſe inſitos/ niſi tota vita Chriſti doctrine reſpondeat/ qua iubemur etiam pallium reddere/ tollenti tunicam. Siquidem auaritia et pecunie ſtudio nihil execrabilius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Quaſi dicat. In his que ſunt neceſſita-tis nature/mihi licita ſunt oīa. Nullus enim me vetat vti eodem iure/ quo ceteri apoſtoli vtuntur/ ſed fortáſſe non ſemper expedit vobis.

regni dei hereditatem accipient. Atqꝫ hec eratis quidam/ ſed abluti eſtis/ ſed ſanctificati eſtis/ſed iuſtificati eſtis per nomen domini Jeſu/et per ſpm̄ dei noſtri. Omnia mihi licent/at non omnia conducunt. Omnium mihi po-teſtas eſt/ at ego non redigar ſub vllius poteſtatem. Eſce ventri deſtinate ſunt/et venter eſcis/deus autem et hunc et illas abolebit. Corpus vero non ſtupro/ſed dn̄o/ et dominus corpori. Deus autem et dominum ſuſcitauit/ et nos ſuſcitabit per potentiam ſuam. An neſcitis ꝙ corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Num igitur tollens membra Chriſti/ faciam ſcorti membra?

Corpus non eſt ita neceſſitate naturé ſpurce libidini dicatum quēadmodum eſca ventri/ aut venter eſcis. Imo cor-pus noſtrum dn̄o Jeſu cōſacratum eſt et ille viciſſim nobis adglutinatus eſt/ hec adglutinatio temporaria non eſt. Mors ſoluit veſcendi neceſſitatem/ at non dirimit cōiunctionem cum Chriſto.

Abſit. An neſcitis ꝙ qui adglutinatur ſcorto/ vnum corpus eſt? Redigentur em̄ (inquit) duo in carnem vnam. At qui adglutinatur dn̄o/ vnus ſpūs eſt. Fugite ſcortationem Omne petm̄/ quodcunqꝫ fecerit homo/ extra corpus eſt ſed qui ſcortatur/ in ꝓprium corpus peccat. An neſcitis/ ꝙ corpus veſtrum tēplum eſt habitātis in vobis ſpiritus ſancti/quem habetis a deo/et nō eſtis ipſi veſtri iuris? Nam empti eſtis pretio. Glorificate iam deū in corpore veſtro/ et in ſpiritu veſtro/ que ſunt dei.

Caput Septimum

1 Cor. 7

Ceterum de quibus ſcripſiſtis mihi Bonū eſt homini/ vxorem non
attingere. Attamen propter ſtupra vitanda ſuam quiſq; vxorem habeat/ et
ſuum queque virum habeat. Vxori vir debitam beneuolentiam reddat/
ſimiliter autem et vxor viro. Vxor proprij corporis ius nō habet/ ſed mari-
tus. Similiter et maritus proprij corporis ius non habet/ ſed vxor. Ne frau-
detis vos inuicem/ niſi ſi quid ex conſenſu pro tempore/ vt vacetis ieiunio et
precationi/ et rurſum in vnum cōueniatis/ ne tentet vos ſatanas propter in-
temperātiam veſtram. Hoc autem dico iuxta indulgentiam/ non iuxta pre-
ceptum. Nam velim omnes homines eſſe/ vt et ipſe ſum. Sed vnuſquiſq;
propriū donum habet ex deo/ alius quidem ſic/ alius autem ſic. Dico autem
inconiugatis et viduis/ bonum eis eſt/ ſi manſerint vt et ego. Qđ ſi ſe non
continent/ contrahant matrimonium Nam ſatius eſt matrimoniū contrahere
q̄ȝ vri. At coniugatis precipio/ non ego imo dominus. Vxor a viro ne ſepa
retur/ ꝙ ſi ſeparata fuerit/ maneat innupta/ aut marito recōcilietur/ et mari-
tus vxorē ne dimittat. Reliquis aūt ego dico/ non dn̄s. Si quis frater vxorem

Videtur Paulus aliquid optare quod exigere nō audet/ propter infirmitatem carnis ne quod optimum eſt affectantes/ per occaſionem in deteriora prolaberentur.

Vri enim ſecundum Ambroſiū eſt cum voluntas calori carnis conſentit. Vri igitur eſt/ pati flammas carnis nōquaſcunq;/ ſed eas que citra immundiciam vinci non poſſunt. Et ſunt qui hunc locum intelligi volunt de igne gehenne/ quem ſentient qui extra connubium non continent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

habet infidelem/ et hec aſſentitur/ vt habitet cum illo/ ne dimittat eam/ et mulier que habet maritum infidelem/ et is aſſentitur vt habitet cum ea/ ne dimittat illum. Sanctificatus eſt enim maritus incredulus per vxorē/ et ſanctificata eſt vxor incredula per maritum. Alioqui filij veſtri immundi eſſent/ nunc autem ſancti ſunt. Qđ ſi incredulus diſcedit/ diſcedat. Non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi/ ſed in pace vocauit nos deus. Qui nanqꝫ ſcis mulier/ an maritum ſis ſeruatura? Aut qui ſcis vir/ an vxorem ſis ſeruaturus? Vtcunqꝫ fuerit vnuſquiſqꝫ vt ipſi partitus eſt deꝰ/ vnuſquiſqꝫ vt illum vocauit dominus ita ambulet/ et ſic in eccleſijs omnibus ordino. Circumciſus aliquis vocatus eſt? ne accerſat preputium. In preputio aliquis vocatus eſt? ne circumcidatur. Circumciſio nihil eſt/ et preputium nihil eſt/ ſed obſeruatio mādatorum dei. Vnuſquiſqꝫ in ea vocatione/ in qua vocatus fuit maneat. Seruus vocatus es? ne ſit tibi cure/ quinetiam ſi potes liber fieri/ potius vtere. Etenim qui in domino vocatus eſt ſeruus/ libertus domini eſt. Similiter et qui liber vocatus fuit/ ſeruus eſt Chriſti.

Siquidē vxor baptizata/ rem habens cum viro nondum baptizato/ non admiſcetur ethnico ſed obſequitur marito nec amat impium ſed tolerat futurum pium.

Hec intelliguntur non de toto Iudaiſmo/ nec de vniuerſa gentilitate/ in qua erant multa mala/ ſicut in Iudaiſmo erant multa bona/ ſed de genere rerum indifferentium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1 Cor 7

Pretio empti fuiſtis/ nolite fieri ſerui hominum. Unuſquiſq; in eo/ in quo vocatus fuit fratres maneat apud deū. De virginibus aūt preceptū dñi non habeo/ cōſiliū tamen do/ tāq; miſericordiā cōſecutus a dño in hoc vt ſim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum eſſe ꝑpter preſentem neceſſitatem. Nam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? ne quere diuortium. Solutus es ab vxore? ne queras vxorem. Nō ſi duxeris vxorem non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo non peccauit. Attamen afflictionem in carne habituri ſunt huiuſmodi. Ego vero vobis parco. Ceterum illud dico fratres/ tempus contractum eſt/ ſupereſt/ vt qui habent vxores/ ſint tanq; nō habeant/ et qui plorāt/ tanq; non plorent/ et qui gaudēt/ tanq; nō gaudeant/ et qui emunt/ tanq; non poſſideant/ et qui vtuntur mundo hoc/ tanq; non vtātur. Preterit enim habitus huius mundi. Uelim autem vos abſq; ſollicitudine eſſe. Qui celebs eſt/ curat ea que ſunt domini/ quomodo placiturus ſit dño. At qui duxit vxorē/ ſollicitus eſt de his que ſunt mundi quomodo placiturus ſit vxori Diuiſa ſunt hec duo/ mulier et virgo. Innupta curat ea que ſunt dñi/

Nam que de ſeruitute ac libertate dicta ſunt/ quodammodo locum habent in matrimonio ac celibatu. Matrimonio enim implicitus/ quodammodo ſeruus eſt. At qui celebs viuit huic liberius viuendi poteſtas eſt.

Ego vero vobis parco/ ideſt Fortiores continendi rationes non profero/ cum ſitis incapaces et infirmi/ celibatus felicior eſt/ matrimonium vero quibuſdam magis tutum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Perinde quaſi de vxore dicat Vxor quoniam ſui iuris tota non eſt/ non poteſt tota vacare Chriſto/ ſed in diuerſas curas diſſecta/dimidiata ſeruit Chriſto dimidiata matrimonio.

Hoc autem ad id ꝛc. veluti dicat. Totus autem hic ſermo meus/ quo celibatum effero/ne quis alioꝛſum vertat huc tendit/non quo vobis libertatem adimam contrahendi matrimonii/aut neceſſitate adigam in aliquod vite genus/ quod cuiuſq; animo nõ ſedeat/ ſed amico conſilio/veſtris conſulo commodis/ vt cum ſciatis vtriuſq; ius eſſe vobis/ ad id potius vergatis/ quod preter decus honeſti/ libertatiſquoq; cõmodum habet adiunctum/ per quam celibi licet perpetuo ſtudio ſeruire Chriſto.

ſit ſancta cum corpoꝛe tum ſpiritu. Contra/ que nupta eſt curat ea que ſunt mundi/quomodo placitura ſit viro. Hoc autem ad id/ quod vobis conducibile eſt dico/non vti laqueum vobis iniiciam/ſed vt quod honeſtum ac decorum eſt ſequamini/ et adhereatis domino abſq; vlla diſtractione. Qd ſi quis indecorum virgini ſue putat/ſi pretereat nubendi tempus/ et ſic opoꝛtet fieri/ quod vult faciat/ non peccat/ iungatur matrimonio. Ceterum qui ſtat firmus in coꝛde/ non habens neceſſitatem/ ſed poteſtatem habet pꝛopꝛie voluntatis/ et hoc decreuit in coꝛde ſuo/ vt ſeruet ſuam virginem/ bene facit. Itaq; qui elocat nuptum/ bene facit. Attamen qui non elocat nuptum/ melius facit. Uxor alligata eſt matrimonio q̃diu viuit maritus eius. Qd ſi doꝛmierit maritus illius/libera eſt ad cui velit nubendum/ modo in domino Attamen beatior eſt/ſi ſic maneat/ iuxta meam ſententiam. Opinor autem ꝙ et ipſe ſpiritum dei habeam.

Quamuis enim matrimoniũ cum ſeruitutis et ſollicitudinis incommodis coniunctum dicimus/ tamen cum peccato non eſt coniunctum Legittima res eſt et honeſta (ſed inter perſonas legittimas) quibuſdam etiam neceſſaria.

Caput Octauum

Ceterum de iis que ſimulacris immolantur/ ſcimus ꝙ oẽs ſcientiam habemus. Scientia inflat/ charitas vero edificat. Qd ſi quis ſibi videtur ali‑

Perfecta cognitio quibuſdam addit tumoꝛem ac ſupercilium/ etiam vſq; ad aliene infirmitatis contemptum. Sicut ergo caro non pꝛodeſt quicq̃; ſine ſpiritu/ ita ſcientia ſine charitate nihil pꝛodeſt/ ſed magis obeſt.

quid ſcire/ nondum quicq̄ȝ nouit/ quemadmodum oporteat ſcire. At ſi quis diligit deum/ hic cognitus eſt ab illo. De eſu igitur eorum que ſimulacris immolantur/ ſcimus ꝙ nullum eſt ſimulacrum in mundo/ et ꝙ nullus ſit deus alius/ niſi vnus. Nam etiam ſi ſunt qui dicātur dii/ ſiue in celo/ ſiue in terrā quemadmodum ſunt dii multi/ et domini multi/ nobis tamen vnus eſt deus qui eſt pater ille/ ex quo omnia/ et nos in illum/ et vnus dn̄s Jeſus Chriſtus/ per quem omnia/ et nos per illum/ ſed non in omnibus eſt ſcientia. Nōnulli vero cum cōſcientia ſimulacri vſqȝ ad hoc tēpus tanq̄ȝ ſimulacris immolatum edunt/ et conſcientia illorum infirma cum ſit/ polluitur. Atqui eſca nos non commendat deo/ neqȝ ſi comedamus/ aliquid nobis ſupereſt/ neqȝ ſi non comedamus/ quicq̄ȝ nobis deeſt Sed videte/ ne quo modo facultas illa veſtra offendiculo ſit iis qui infirmi ſunt. Etenim ſi quis conſpexerit te/ qui habes ſcientiam/ in epulo ſimulacrorum accumbentem/ nonne conſcientia eius qui infirmus eſt/ edificabitur ad edendum ea/ que ſunt ſimulacris immolata? Et peribit frater qui infirmus eſt in tua ſcientia/ propter quem Chriſtus fuit

Quiſquis apud deū ſapiens eſt/ is vere ſapit. Etenim qui ſibi placet/ ſueqȝ ſtudet glorie/ neglecto fratris periculo/ huius ſcientiam non approbat deus.

Quamuis ſimulachra adorētur ab ethnicis/ tanq̄ȝ illis aliquid numinis ineſſet/ reuera tamen nihil aliud ſunt/ q̄ȝ lignum aut ſaxum/ neqȝ plus habent diuinitatis/ q̄ȝ quiuis truncus indolatus/ aut rude ſaxum.

Non in omnibus eſt ſcientia ideſt cognitio illa diuina/ qua intelligūt verum diſcrimen inter creatorem et creaturam ad verum et iuſtū creaturarum vſum Nam ſi in omnibus eſſet ſcientia iam nullus offenderetur.

Tacita obiectio firmorum ſapientium ac ſi dicant. Siue veſcaris iis que ſunt immolata ſimulachris nihilo fueris ſanctior/ ſiue non veſcaris nihilo fueris impurior.

Non hoc dicit Paulus ꝙ probet alicuius infirmi vel ſuperſtitionē vel ſuſpitionem/ quia infirmitas nō eſt collaudanda aut alēda/ ſed vt oſtendat eſſe Chriſtiane charitatis ad tēpus alicubi ferre aliorum infirmitatem.

Quia qui ſcandaliſat infirmū fratrem paruipendit pretium ſanguinis Chriſti eiuſq; preceptis repugnat. Siquidem ille dixit Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis/qui in me credunt.

mortuus. Sic autem peccantes in fratres/ et vulnerantes illorum conſcientiā am infirmam/ in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca offendit fratrem meum/huadquaq; veſcar carnib9 in eternum/ ne fratri meo ſim offēdiculo.

Caput Nonum.

AN non ſum apoſtolus? an non ſum liber? an nō Jeſum Chriſtum dominum noſtrum vidi? an non opus meum vos eſtis in domino? Si cete-ris non ſum apoſtolus/ at ſane vobis ſum. Siquidem ſigillum apoſtolatus mei/ vos eſtis in dn̄o Mea reſpōſio apud eos qui me interrrogant/hec eſt An non habemus poteſtatem edendi ac bibendi? An non habemus poteſtatem/ſororem mulierem circumducēdi/quemadmodum et ceteri apoſtoli/ et fratres domini/et Cephas? Aut ſolus ego et Barnabas non habemus poteſtatem hoc faciendi? Quis militat ſuis ſtipendiis vnq̄; ? quis plantat vineam/ et de fructu eius non edit? Aut quis paſcit gregem/ et de lacte gregis non edit? Num ſecundum hominem hec dico? An non et lex eadem dicit? Etenim in Moſi lege ſcriptum eſt. Nō obligabis os boui trituranti-

Non ſemper ſpectandum quid liceat/ ſed quid expediat. Neq; protinus ſe-quendum quod poteſt defendi/ſed hoc faciendum quod ſuaſerit Chriſtiana charitas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1 Cor 9

Num boues cure ſunt deo? An hoc ꝓpter nos omnino dicit? Propter nos enim hoc ſcriptum eſt/ ꝙ ſub ſpe debeat is qui arat arare/ et qui triturat ſub ſpe/ ſpei ſue particeps eſſe debeat. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus/ magnū eſt/ ſi nos veſtra carnalia meſſuerimꝰ? Si ceteri poteſtatis erga vos participes ſunt/ cur non potius nos? Atqui non vſi fuimus poſtate iſta/ ſed oīa ſuſſerimus/ ne quod offendiculum demus euāgelio Chr̄i. An neſcitis ꝙ ĳ qui in ſacris operantur/ ex ſacrificio viuūt/ qui ſacrario aſſiſtūt/ vna cum ſacrario partem accipiunt? Sic et dn̄s ordinauit/ vt qui euangeliū annunciant/ ex euangelio viuant. Ego tamen nullo horū vſus fui. Quanꝗ̄ non ſcripſi hec vt ita fiat in me. Nam bonū eſt mihi mori potius/ ꝗ̄ vt gloriationem meam aliquis inanem reddat. Etenim ſi euangelizem/ non eſt ꝙ glorier. Neceſſitas enim mihi incumbit Ve autem mihi eſt/ niſi euangelizem. Nam ſi volens hoc faciam premium habeo/ ſin inuitus/ diſpēſatio cōmiſſa eſt mihi. Quod igitur mihi eſt premium? Ve cum euangelizem/ gratuitum efficiam euangelium Chriſti in hoc/ ne abutar poteſtate mea in euangelio. Etenim cum liber ſim

Et tamen ſimplici victu contentus debet eſſe is etiam qui in euangelico negotio fidelem nauat operam. Abſit enim vt quiſꝗ̄ ex ea re coacervat diuitias/ que docet diuitias cōtemptum. Debet enim qui exercet trituram in area domini/ preter ſpem eterni premĳ/ preſentis mercedis ſolatio laborem lenire.

Non enim gloriatur apoſtolus coram deo/ ſed gloriatur propter autoritatem euangelĳ coram mūdo/ ſignificans nec doctrinam ſuam nec couerſationem ſuam poſſe reprehendi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Ac ſi dicat. Quemadmodum in quibuſdam rebus licitis nō ſum vſus meo iure/ ita in aliis non debitis me ſubieci/ velut adſtrictus ad ea/ ad que nō eram obligatus.

ab omnibus/ omnibꝰ meipſum ſeruum feci/ quo plures lucrifaciam/ et factus ſum Judeis quaſi Judeus/ vt Judeos lucrifaciam/ ijs qui ſub lege ſunt/ quaſi ſim ſub lege/ vt eos qui ſub lege ſunt lucrifaciam/ his qui ſine lege ſunt/ tanqꝫ ſim ſine lege/ cum non ſim ſine lege deo/ ſed obnoxius legi Chriſti/ vt lucrifaciam eos qui ſunt ſine lege. Factus ſum infirmis quaſi infirmus/ vt infirmos lucrifaciam. Oībus factus ſum omnia/ vt omnino aliquos ſeruem. Hoc aūt facio ꝓpter euangeliū/ vt particeps illius fiam. An neſcitis ꝙ qui in ſtadio currunt/ omnes quidem currunt/ ſed vnus accipit premiū? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui certat per omnia temperans eſt/ illi quidem igitur vt perituram coronam accipiant/ nos autem vt eternam. Ego itaqꝫ ſic curro vt non in incertum/ ſic pugilem ago/ non velut aerem feriens/ verum ſubiicio corpus meum et in ſeruitutem redigo/ ne quo modo fiat/ vt cum aliis predicarim/ ipſe reprobus efficiar.

Sic currite vt comprehendatis/ hoc eſt. Non ſit igitur vobis ſatis vtcūqꝫ veſtro fungi offitio ac penam effugere/ pro viribus ad ſumma enitendum eſt/ atqꝫ ita currendum in euangelico ſtadio vt laudem non apud hoīnes ſed apud deū aſſequamini/ cui nemo probatur/ niſi qui valde promouerit.

Caput Decimum

NOlim autem vos ignorare fratres/ ꝙ patres noſtri omnes ſub nube erant/ et omnes per mare trāſierunt/ et omnes in Moſen baptizati ſunt in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1 Cor 10

nube et in mari/ et omnes eandem eſcam ſpiritualem comedebant/ et omnes
eundem potum ſpiritualem bibebant. Bibebant enim de ſpirituali/ que illos
comitabatur petra. Petra vero fuit Chriſtus. Sed plures illorum non appro
bauit deus/ proſtrati ſunt enim in deſerto. Hec autem figure noſtri fue-
erunt/ ne nos ſimus concupiſcentes rerum malarum/ quemadmodum et illi
concupierunt Neq; ſimulacrorum ſitis cultores/ ſicuti quidam illorũ/ quem-
admodum ſcriptum eſt. Sedit populus vt ederet ac biberet/ et ſurrexerunt ad
ludendum. Neq; ſtupris inquinemur/ ſicuti quidam illorum ſtupris polluti
ſunt/ et conciderunt vno die viginti tria milia. Neq; tentemus Chriſtum/
ſicut et quidam illorum tentauerunt/ et a ſerpentibus extincti ſunt. Neq; mur
muretis/ ſicut et quidam illorum murmurauerũt/ et interempti ſunt ab extinc-
tore. Hec autem omnia figure contigerunt illis. Scripta vero ſunt propter
admonitionem noſtri/ in quos termini etatum inciderunt. Proinde qui ſibi
videtur ſtare/ videat ne cadat. Tentatio vos non cepit niſi humana. Sed
fidelis eſt deus/ qui non ſinet vos tentari ſupra id quod poteſtis/ imo faciet

Quando Chriſtus ſemper fuit eſt atq;
erit vt alibi ſcribit apoſtolus/ idem eſt
Chriſtus qui hoc preſtitit palam et ve-
re in nouo teſtamento/ quod olim pre-
ludebat in figuris veteris teſtamenti.

Ac ſi dicat. Nemo ſua firmitate fre-
tus contemnat infirmos/ aut ſolo bap-
tiſmo fretus ſibi ſalutem promittat/
niſi vitam adiũgat baptiſmo dignam.
Quia huic maxime cauendũ ne cadat.
Tutiſſimum autem ſemper ad meliora
progredi/ nec vlli gradui fidere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

vna cum tentatione euentum/ quo poſſitis ſufferre. Quapropter dilecti mei

Fugite a cultu ſimulacrorum/ ideſt/ modis omnibus reſilite a cultu idolorum quia quiſquis cum illis veſcitur/ vt maxime firmus ſit animo/ tamẽ ſpetiem de ſe prebet/ quaſi conſentientis illorum ſuperſtitioni.

fugite ab ſimulacrorum cultu/ vt prudentibus loquor/ iudicate vos quod dico Poculum benedictionis/ cui benedicimus/ nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Panis quem frangimus/ nonne cõmunicatio corporis Chriſti eſt? Quoniam vnus panis/ vnum corpus multi ſumus. Nam oẽs ex eodem pane participamus. Videte Iſraelem iuxta carnẽ Nõne qui edunt victimas participes ſacrarij ſunt? Quid ergo dico? ꝙ ſimulacrum aliquid ſit? aut ꝙ ſimulacris immolatum aliquid ſit? Non/ verum illud dico/ ꝙ que immolant gentes/ demoniis immolant et non deo. Nolim autem vos cõſortes demoniorum eſſe. Non poteſtis poculum dñi bibere/ et poculum demoniorum. Non poteſtis menſe domini participes eſſe/ et menſe demoniorum. An prouocamus dominum? Num fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent/ at non

Magis perpendendum eſt quid fratri expediat ꝙ̃ quid nobis liceat. Nam quod ad cibos attinet/ omnes cibi ſunt nobis liciti ſi vrgeat neceſſitas/ ſed non quiduis expedit proximo/ cuius gratia non nunꝗ̃ et a licitis temperandũ eſt.

omnia conducunt. Omnia mihi licent/ ſed nõ omnia edificant. Nemo quod ſuum eſt querat/ ſed quiſqȝ quod alterius eſt. Omne quod in macello venditur edite/ nihil interrogantes propter conſcientiam. Domini ſiquidem eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1 Cor 11.

terra/ et plenitudo eius. Ad ſi quis vocat vos infidelium/ et vultis ire/ quicquid apponitur vobis edite/ nihil interrogantes propter conſcientiam. Ad ſi quis vobis dixerit/ hoc ſimulacris immolatum eſt/ ne edatis/ propter illum qui indicauit/ et propter conſcientiam. Domini ſiquidem eſt terra/ et plenitudo eius. Porro conſcientiam dico/ nō tuam/ ſed illius alterius. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia? Ad ſi ego cum gratia participo/ cur ob id mihi male dicitur/ pro quo ego gratias ago?. Siue igitur editis/ ſiue bibitis/ ſiue quid facitis/ omnia in gloriam dei facite. Tales eſtote/ vt nullum prebeatis offendiculum/ neq; Judeis/ neq; Grecis/ neq; eccleſie dei/ quemadmodum ego per omnia omnibus placeo/ non querens meam ipſius vtilitatem/ ſed multorum/ vt ſalui fiant.

Ac ſi dicat. Hec omnia faciatis meo exemplo/ qui me per omnia oībus accommodo/ veſcens non veſcens/ accipiens non accipiens/ Judaiſſans non Judaiſſans/ non ad meamipſius vtilitatē hec omnia temperans/ ſed ad vtilitatem multorum/ quos meo venor obſequio non vt prede ſint mihi/ ſed vt ad ſalutem alliciantur.

Caput Undecimum.

IMitatores mei eſtote/ ſicut et ego Chriſti. Collaudo aūt vos fratres/ ꝙ oīa mea memoria tenetis/ et queādmodum tradidi vobis/ inſtituta tenetis. Sed volo vos ſcire/ ꝙ oīs viri caput Chr̄s eſt/ caput autem mulieris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

In Chriſti nanqꝫ gloriam/equũ eſt viro nudare caput/non ſolum amoto pileo/verumetiam deraſa coma. Siquidem et coma verius eſt operimentum corporis q̃ꝫ pars.

Honoratur Chriſtus ſi vir aperto et nudato capite illi ſeruiat illiuſqꝫ gloriam predicet/ honoratur vir ſi vxor pudore/ ſilentio/ cultuqꝫ verecundo/modeſtiam ſimul et obedientiam pre ſe ferat.

vir/caput vero Chr̃i/deus. Ois vir orans/ aut prophetans/ quicq̃ꝫ habens in capite/probro afficit caput ſuum. Ois vero mulier/orans aut prophetans nõ velato capite/ dehoneſtat caput ſuum. Nam id perinde eſt prorſus/ ac ſi raſa eſſet Etenim ſi nõ velatur mulier/etiã tondeatur. Qð ſi fedũ eſt mulieri tonderi aut radi/ veletur. Uir quidẽ non debet velare caput/cum is imago ſit et gloria dei. At mulier gloria viri eſt. Nõ em̃ vir eſt ex muliere/ſed mulier ex viro Neqꝫ em̃ conditus eſt vir propter mulierẽ/ſed mulier ꝓpter virum Propter hoc debet mulier poteſtatem habere in capite/propter angelos/alioqui neqꝫ vir abſqꝫ muliere/neqꝫ mulier abſqꝫ viro in domino. Nam quemadmodum mulier ex viro eſt/ ita et vir per mulierem/ omnia vero ex deo. Inter voſipſos iudicate/ num decorum eſt/ mulierem non velatam deum orare? An ne natura quidẽ ipſa hoc docet vos/ ꝙ viro quidem ſi comatus fuerit/ probro ſit/ cõtra/ mulieri ſi comata fuerit/ glorie ſit? eo ꝙ coma pro velamine data ſit. Ceterũ ſi quis videtur cõtentioſus eſſe / nos huiuſmodi cõſuetudinẽ non habem⁹/neqꝫ eccleſie dei Illud tamẽ precipiens nõ laudo/

ꝙ non in melius/ ſed in deterius/ cōuenitis. Nam primum quidem cum conuenitis in eccleſia/ audio diſſidia in vobis eſſe/ et aliqua ex parte credo. Op-portet enim et ſectas in vobis eſſe/ quo qui probati ſunt/ manifeſti fiant inter vos. Igitur cum cōuenitis in eundem locum/ nō licet dn̄icam cenam edere/ ꝙ vnuſquiſq; propriam cenam occupat in edendo. Et hic quidem eſurit/ ille vero ebrius eſt. Num ſane domos non habetis ad edendum et bibendum? An eccleſiam dei contēnitis/ et pudefacitis eos qui nō habent? Quid vobis dicam? Laudabo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi a dn̄o/ quod et tradidi vobis/ ꝙ dominus Jeſus in ea nocte qua traditus eſt/ accepit panem/ et poſtq̄ȝ gratias egiſſet/ fregit/ ac dixit. Accipite/ edite Hoc meum eſt corpus/ quod pro vobis frangitur/ hoc facite in mei cōmemorationem. Ad eundem modum et poculum/ peracta cenā/ dicēs Hoc poculum nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine Hoc facite quotieſcūq; biberitis in mei cōmemorationem. Quotieſcunq; enim comederitis panem hunc/ et de poculo hoc biberitis/ mortem dn̄i annūtiatis/ donec venerit. Itaq; quiſquis ederit panem

Quia ex hac re mala hoc quoq; boni capitur ꝙ hinc magis illuceſcit/ qui vere probi ſint/ dum ii (ceteris indecore tumultuantibus et ingurgitantibus ſeſe) agitant ſacra cōuiuia modeſte ſobrieq; iuxta apoſtolorum preſcriptum ac veterem eccleſie ritum.

Erubeſcant impij ſacramentarij/ qui contra hanc tam manifeſtam apoſtoli ſententiam/ qui contra tot ſeculorū conciliorum et ſanctorum patrum firmam fidem et luculentam interpretationem audent impudentiſſime ac perdiſſime negare veritatem corporis Chriſti in euchariſtia.

Annuntiare mortem dn̄i/ eſt pro morte dn̄i gratias agere/ quod nemo poteſt niſi qui ſentit q̄ȝ ſit res moleſta peccati ſarcina.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Indigne manducant/ in quorum carne viuit et regnat pctm̃/ et quos ſui peccati vere non penitet. Nam ii corpus Chri ludibrio habent. Indigne accedunt/ qui ſe dignos fieri putant/ humana tantũ preparatione. Inſuper indigne accedũt qui nõ credũt ſibi peccata remitti/ quia illi non recordantur mortis Chriſti.

hunc/ aut biberit de poculo dñi indigne/ reus erit corporis et sanguinis dñi Probet autem homo ſeipſum/ et ſic de pane illo edat/ et de poculo illo bibat Nam qui edit et bibit indigne/ iudicium ſibiipſi edit et bibit/ non diiudicans corpus domini. Propter hoc inter vos multi imbecilles et inualidi/ et dormiunt multi. Etenim ſi noſipſos diiudicaſſemus/ haudquaq̃ȝ iudicati fuiſſemus. At cum iudicamur/ a domino corripimur/ ne cum mundo condemnemur. Itaqȝ fratres mei/ cum conuenitis ad comedẽdum/ alius alium expectate. Nõ ſi quis eſurit/ domi edat/ ne ad cõdemnationem conueniatis. Cetera vero/ cum venero/ diſponam.

Ac ſi dicat. Supereſt vt quemadmodum olim impiam religionẽ moribus ac ritibus impiis equiparaſtis/ ita nũc vere ſancteqȝ religioni piis moribus reſpondeatis/ vt quicquid inter vos geritur ſic geratur vt appareat afflatu diuini ſpiritus geri.

Caput Duodecimum

Porro de ſpiritualibus fratres/ nolo vos ignorare. Scitis ꝙ gentes fuiſtis/ et ad ſimulacra muta vtcunqȝ ducebamini ſequentes. Quapropter notum vobis facio/ ꝙ nullus per ſpm̃ dei loquens dicit anathema Jeſum/ et nemo poteſt dicere dñm Jeſum/ niſi per ſpm̃ ſanctũ. Diuiſiones aũt donorum ſunt/ ſed idem ſpũs/ et diuiſiones miniſteriorum ſunt et idem dñs/ et diuiſiones operationũ ſunt/ ſed idem eſt deus/ efficiens oĩa in oĩbus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1. Cor. 12.

Unicuiqȝ vero datur manifeſtatio ſpiritus ad id quod expedit. Nam huic quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientie/ alij vero ſermo ſcientientie ſecundum eundem ſpiritum/ alij vero fides per eundem ſpiritum/ alij vero dona ſanationum per eundem ſpiritũ/ alij vero efficatie potẽtiarum/ alij vero prophetia/ alij vero diſcretiones ſpirituũ/ alij vero genera linguarum/ alij vero interpretatio linguarũ/ ſed omnia hec efficit vnus ille et idem ſpũs/ diuidens peculiariter vnicuiqȝ ſicuti vult. Quemadmodum enim corpus vnum eſt/ et membra habet multa/ omnia vero mẽbra corporis vnius/ multa cum ſint/ vnum ſunt corpus/ ſic et Chriſtus. Etenim per vnum ſpiritum nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus/ ſiue Iudei/ ſiue Greci/ ſiue ſerui/ ſiue liberi/ et omnes vnum ſpiritum hauſimus. Etenim corpus non eſt vnum membrum ſed multa. Si dicat pes/ non ſum manus/ non ſum de corpore/ num idcirco non eſt de corpore? Et ſi dicat auris non ſum oculus/ non ſum de corpore/ num ideo non eſt de corpore? Si totũ corpꝰ oculus/ vbi auditus? Si totum auditus/ vbi olfactus? Nunc aũt deus poſuit mẽbra/ vnũquodqȝ ſingulatim

Ac ſi dicat. Nihil eſt qꝛ hic ſibi quiſqȝ vel placeat/ cum ſint aliena que habet ac diſpẽſat/ vel diſpliceat quando diſtributio pendet ab arbitrio ſpũſſancti.

Myſticum corpus quod eſt eccleſia/ conſtat ex capite Chriſto et membris/ hoc eſt/ vniuerſis fidelibus Chriſto credentibus/et per charitatẽ Chriſto adherentibus.

in corpore/quemadmodum voluit. Nō ſi eſſent omnia vnū membrū/ vbi
corpus? Nunc autem multa quidem membra/ vnum vero corpus. At non

Quod in mēbris naturalibus eſt compertum/ idem in mēbris ſpiritualibus (que eccleſiam conſtituunt) ſentiendum eſt/ vt quemadmodum excellentiora membra indigēt officio craſſiorum membrorum/ ita ſuperiores opus habent miniſteriis ſubditorū ac inferiorū.

poteſt oculus dicere manui/ non eſt mihi opus te/ aut rurſum caput pedibus/
non eſt mihi opus vobis/ imo multo potius/ que videntur membra corporis
imbecilliora eſſe/ neceſſaria ſunt/ et que putamꝰ minus honeſta eſſe corporis/
his honorem vberiorem apponimus/ et indecora noſtri/ copioſiorem decorem habent. Ceterum que decora ſunt noſtri/ non indigent/ ſed deus ſimul
temperauit corpus/ ei cui deerat/ copioſiorem addens honorem/ ne ſit diſſidium in corpore/ ſed inuicem alia pro aliis eandem ſollicitudinem gerant membra. Et ſiue patitur vnum membrum/ ſimul patiuntur omnia membra/ ſiue
glorificatur vnum membrum/ ſimul gaudent omnia membra. Vos autem
eſtis corpus Chriſti/ et membra ex parte. Et alios quidem poſuit deus in

Hic palam aperit apoſtolus rationem membrorum myſtici corporis/ eſſe pro diuerſitate donorum et varietate gratiarum/ aliam et aliam officiorum et miniſtrationum functionem.

eccleſia/ primum apoſtolos/ deinde prophetas/ tertio doctores/ deinde poteſtates/ deinde dona ſanationum/ ſubſidia/ gubernationes/ genera linguarum. Num omnes apoſtoli? num omnes prophete? num omnes doctores?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1. Cor. 13.

num omnes poteſtates? num omnes dona habẽt ſanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur? Sectemini vero dona potiora. Et adhuc his excellentiorem viam vobis oſtendo. Caput xiij.

SI linguis hominum loquar et angelorum/ charitatem autem non habeam/ factus ſum es reſonans/ aut cymbalum tinniens Et ſi habeam prophetiam/ et nouerim myſteria omnia/ omnemq; ſcientiam/ et ſi habeam omnem fidem/ adeo vt montes loco dimoueam/ charitatem autem nõ habeam nihil ſum. Et ſi inſumam in alimoniam omnes facultates meas/ et ſi tradam corpus meum vt comburar/ charitatem autem non habeam/ nihil vtilitatis capio. Charitas patiens eſt/ benigna eſt/ charitas non inuidet/ charitas nõ eſt procax/ non inflatur/ non eſt faſtidioſa/ non querit que ſua ſunt/ non irritatur/ non cogitat malum/ nõ gaudet de iniuſtitia/ ſed cõgaudet veritati/ omnia ſuffert/ omnia credit/ omnia ſperat/ omnia ſuſtinet. Charitas nunq̃ excidit/ ſiue prophetie abolebũtur/ ſiue lingue ceſſabunt/ ſiue ſcientia abolebitur. Ex parte enim cognoſcimus/ et ex parte prophetamus. At vbi venerit

Ac ſi dicat. Hec eſt vnica virtus nimirum charitas/ que ſola commonſtrat quatenus virtutibus ſit vtẽdum/ quas fruſtra tenemus/ ſi neſciamus vti. Ceteras dotes viciat ambitio/ viciat liuor viciat diſſidiũ/ a quibus omnibus procul abeſt charitas. Nec aliud vocat charitatem q̃ʒ ſtudium dilectionis dei et proximi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

quod perfectum eſt/ tunc quod ex parte eſt abolebitur. Cum eſſem puer/ vt puer loquebar/ vt puer ſentiebam/ vt puer cogitabam. At vbi factus ſum vir/ aboleui puerilia. Cernimus enim nunc per ſpeculum in enigmate/ tunc autem facie ad faciem/ nūc cognoſco ex parte/ tunc vero cognoſcam quemadmodum et cognitus ſum. Nunc autem manet fides/ ſpes/ charitas/ tria hec/ ſed maxima in his charitas.

Hinc ait beatus Dionyſius. Impoſſibile eſt aliter nobis lucere diuinū radium/ niſi circumuelatum variis velaminibus ſenſibilium rerum.

Caput xiiij

Sectemini charitatem/ emulemini ſpiritualia/ magis tamen vt prophetetis. Nam qui loquitur lingua/ non hominibꝰ loquitur/ ſed deo/ nullus enim audit/ ſpiritu vero loquitur myſteria. Ceterum qui prophetat/ hominibus loquitur edificationem/ et exhortationē/ et cōſolationem Qui loquitur lingua/ ſeipſum edificat/ at qui prophetat/ congregationem edificat. Volo autem omnes vos loqui linguis/ magis tamen vt prophetetis. Maior enim qui prophetat/ q̄ȝ qui loquitur linguis/ niſi interpretetur/ vt eccleſia edificationem accipiat. Nunc autem fratres/ ſi veniam ad vos linguis loquens/ quid vobis prodero? niſi vobis loquar/ aut per reuelationem/ aut per ſcien-

Veluti dicat Paulus. Que tam magnifica predicamus de charitate/ nō eo tendunt/ qꝫ relique dotes negligende ſint aut faſtidiende/ ſed ita ſectemini charitatem/ vt nihilo ſecius interim probetis ac ſuſpiciatis genera linguarū/ ſed his magis prophetiam/ quando maior eſt qui prophetat q̄ȝ qui loquitur linguis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1. Cor. 14.

tiam/ aut per prophetiam/ aut per doctrinã? Quin et inanima/ vocem reddentia/ ſiue tibia/ ſiue cithara/ niſi diſtinctionem ſonis dederint/ quomodo cognoſcetur quod tibia canitur/ aut cithara? Etenim ſi incertã vocem tuba dederit/ quis apparabitur ad bellum? Sic et vos per linguam niſi ſignificantem ſermonẽ dederitis/ quomodo intelligetur quod dicitur? eritis enim in aerem loquentes. Tam multa (verbi gratia) genera vocum ſunt in mũdo/ et nihil horum mutum. Itaq; ſi neſciero vim vocis/ ero ei qui loquitur barbarus/ et qui loquitur/ apud me barbarus. Itaq; et vos/ quandoquidem ſectatores eſtis ſpirituum/ ad edificationem eccleſie/ querite vt excellatis. Quapropter qui loquitur lingua/ oret vt interpretetur. Nam ſi orem lingua/ ſpiritus meus orat/ at mens mea fructu vacat. Quid igitur eſt? Orabo ſpiritu/ ſed orabo et mente. Canam ſpiritu/ ſed canam et mente. Alioqui ſi benedixeris ſpiritu/ is qui implet locum indocti/ quomodo dicturꝰ eſt/ Amen/ ad tuam gratiarum actionem? quandoquidem quid dicas neſcit. Nam tu quidem bene gratias agis/ verum alius non edificatur. Gratias ago deo meo/ ꝙ magis

huc tendunt exempla per Paulum adducta/ vt intelligamus inutilẽ eſſe linguarum peritiam/ ſi non adfuerit interpres prophetie dono preditus/ qui ad edificationẽ eccleſie reuelat ea/ que ſub linguarum inuolucro latent.

Orabo ſpiritu/ ideſt/ orabo nõ ſolum voce cum res poſtulat ſed etiam animo ac mente. Canam laudes dei organis vocis/ ſed etiam cogitatione animi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

q̃z omnes vos linguis loquor. Sed in eccleſia volo quinqz verba mente mea loqui/ vt et alios inſtituam potius/ q̃z decem milia verborũ lingua. Fratres ne ſitis pueri ſenſibus/ ſed malitia pueri ſitis/ ſenſibus vero perfecti ſitis. In lege ſcriptum eſt. Variis linguis/ et labiis variis loquar populo huic/ et ne ſic quidem audient me/ dicit dominus.

Ac ſi dicat. Sunt dotes/ que congruũt primum iniciatis Chriſto/ ſunt que decent iam prouectiores. Neqz enim iam vobis ſatis eſt ſi nemini nocueritis/ enitendum eſt vt iam adulti et prodeſſe valeatis omnibus.

Itaqz lingue ſigni vice ſunt/ non iis qui credunt ſed incredulis/ contra/ prophetia non incredulis ſed credẽtibus. Ergo ſi cõuenerit eccleſia tota ſimul/ et omnes linguis loquantur/ ingrediantur autem indocti aut increduli/ nonne dicent vos inſanire? Nõ ſi oẽs prophetetis/ ingrediatur autem incredulus aut indoctus/ coarguitur ab omnibꝰ diiudicatur ab omnibus/ et ſic occulta cordis eius manifeſta fiunt/ atqz ita procidens in faciem/ adorabit deum/ renuntians ꝙ deus reuera in vobis ſit. Quid igitur eſt fratres? Quoties conuenitis/ vnuſquiſqz veſtrum canticum habet/ doctrinam habet/ linguam habet/ reuelationem habet/ interpretationem habet/ omnia ad edificationem fiant. Siue lingua quis loquitur/ fiat per binos aut ad ſummum ternos/ idqz viciſſim et vnus interpretetur.

Idcirco debet adeſſe interpres vt qui loquuti ſunt non videantur ſibi ſolis loquuti ſed etiam aliis ad vtilitatem/ nimirum accedente interpretatione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Quod ſi non ſit interpres/ taceat in eccleſia/ ceterum ſibiipſi loquatur et deo. Prophete vero duo aut tres loquantur/ et ceteri diiudicẽt. Porro ſi alij fuerit reuelatum aſſidenti/ prior taceat. Poteſtis enim ſingulatim omnes prophetare/ vt omnes diſcant/ et omnes conſolationem accipiant/ et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiiciuntur. Non enim eſt confuſionis autor deus/ ſed pacis/ vt in omnibus congregationibus ſanctorum. Mulieres veſtre in eccleſiis ſileant/ nec enim permiſſum eſt illis vt loquantur/ ſed vt ſubdite ſint quemadmodum et lex dicit. Quod ſi quid diſcere volunt/ domi ſuos viros interrogent. Nam turpe eſt mulieribus in cetu loqui. An a vobis ſermo dei profectus eſt? An in vos ſolos incidit? Si quis videtur propheta eſſe aut ſpiritualis/ agnoſcat que ſcribo vobis/ ꝙ domini ſint precepta/ ceterum ſi quis ignorat/ ignoret. Proinde fratres/ ad id enitamini vt prophetetis/ et loqui linguis ne vetueritis. Omnia decenter et ſecundum ordinem fiant.

Paulus vetuit ne mulieres in eccleſiis loquantur/ quando decet illas eſſe in ſilentio vt alibi dicit apoſtolus/ ſed nunc illis paſſim permittitur quod maius eſt/ nimirum in eccleſiis cantillare/ ac modulatis vocibus laſciuire. Nam ſi turpe eſt mulieribus in cetum loqui/ parum erit decorũ ſi inter viros et cum viris/ vocibus iubilando et cantillando certent.

Et linguis loqui ne vetueritis. Si hoc Pauli preceptum ſeruant ii qui etiam contendunt vnicam latinam linguam (nedum plures) e templis Chriſtianorum arcendam/ eruditorum et ſapientum eſt iudicium/ vt eccleſia ſemper habuit latinam linguam/ ita ſemper eccleſia prophetas latine lingue interpretes/ ſi quando opus eſſet interpretatione.

Caput Decimum quintum.

Notum autem vobis facio fratres euangelium / quod euangelizaui

Nam ſcripture dicunt/ vt tanq̄ ouis ad occiſionem duceretur/ vt ſuo liuore noſtris malis mederetur vt de ligno crucis regnaret/ ac diaboli tyrannidem frangeret.

Tametſi Paulus erat poſtremus ordine temporum/ tamen functione muneris euangelici non geſſit ſe in poſtremis ſed plus laboris exhauſit q̄ quiſq̄ alius apoſtolorū nequis hoc nomine Paulo minus authoritatis tribuat/ ꝙ vltimus ſit apoſtolorum.

vobis/ quod et accepiſtis/ in quo et ſtatis/ per quod et ſalutem cōſequimini
quo pacto annuntiarim vobis ſi tenetis/ niſi fruſtra crediditis. Tradidi
enim vobis in primis/ quod et acceperam/ ꝙ Chriſtus mortuus fuerit pro
peccatis noſtris/ ſecundum ſcripturas/ et ꝙ ſepultus ſit/ et ꝙ reſurrexerit
tertio die/ ſecundum ſcripturas/ et ꝙ viſus ſit Cephe/ deinde duodecim illis
poſtea viſus eſt pluſq̄ quingentis fratribus ſemel/ ex quibus plures manent
ad hunc vſq; diem/ quidam autem et obdormierunt. Deinde viſus eſt Iaco
bo/ poſt apoſtolis omnibus. Poſtremo vero omnium/ velut abortiuo vi-
ſus eſt et mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum/ qui non ſum idoneus
vt dicar apoſtolus/ propterea ꝙ perſecutus ſum eccleſiam dei/ ſed gratia dei
ſum id quod ſum. Et gratia eius que perfecta eſt in me/ non fuit inanis/ ſed
copioſius q̄ illi oēs laboraui/ nō ego tamen/ ſed gratia dei que mihi adeſt.
Siue igitur ego/ ſiue illi/ ſic predicamus/ et ſic crediditis. Qđ ſi Chriſtus
predicatur a mortuis reſurrexiſſe/ quomodo dicunt quidam inter vos/ non
eſſe reſurrectionem mortuorum? Porro ſi reſurrectio mortuorum non eſt/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1 Cor 15

ne Chriſtus quidem reſurrexerit. Qđ ſi Chriſtus non reſurrexit/ inanis videlicet eſt predicatio noſtra/ inanis aūt eſt et fides veſtra. Reperimur autem et falſi teſtes dei/ quoniam teſtificati ſumus de deo/ ꝙ excitauerit Chriſtum quem non excitauit/ ſi videlicet mortui non reſurgunt. Etenim ſi mortui non reſurgunt/ ne Chr̄s quidem reſurrexit. Qđ ſi Chriſtus nō reſurrexit/ ſuper- uacanea eſt fides veſtra/ adhuc eſtis in peccatis veſtris. Igitur et qui obdor- mierunt in Chriſto/ perierūt. Si in vita hac ſpem in Chriſto tantum fixam habemus/ maxime miſerabiles omnium hominum ſumus. Nunc autem Chr̄s ſurrexit ex mortuis/ primitie eorum qui dormierant/ fuit. Poſtq̄ꝫ enim per hominem mors/ etiam per hominem reſurrectio mortuorum. Quemadmo- dum enim per Adam omnes moriuntur/ ita et per Chriſtum omnes viuifica- buntur/ vnuſquiſqꝫ aūt in proprio ordine/ primitie Chriſtus/ deinde ii qui ſunt Chr̄i in aduentu ipſius/ mox finis/ cum tradiderit regnum deo/ et patri/ cum aboleuerit omnem principatum et omnem poteſtatē ac virtutem. Nam oportet eum regnare/ donec poſuerit omnes inimicos ſub pedes ſuos.

Si Chriſtus non reſurrexit/ ſuperua- canea eſt fides veſtra qua credidiſtis vos per fiduciam in illum factos im- munes a peccatis/ nec baptiſmo quicq̄ꝫ actum eſt quo myſtice per Chriſtum interim reuiuiſcimus.

Oportet enim imaginari duo corpora/ vnum morti obnoxium/ quod pendet a capite Adam/ alterum immortalitati deſtinatū/ quod pēdet a capite Chriſto

Nouiſſimus hoſtis aboletur mors Nam oia ſubiecit ſub pedes illius. Atqui cum dicat/ꝙ omnia ſubiecta ſint/palam eſt excipiendum eum/qui ſubiecit illi omnia. Cum aũt ſubiecta fuerint illi oia/tunc ipſe filius ſubiicietur ei/qui illi ſubiecit omnia/vt ſit deus omnia in oibus. Alioqui quid facient ii/qui baptizantur pro mortuis? ſi omnino mortui non reſurgunt/cur baptizantur pro illis? Quid et nos periclitamur omni tẽpore? Indies morior/per noſtram gloriationem quam habeo in Chriſto Jeſu dño noſtro. Si ſecundum hominem/cum beſtiis depugnaui Epheſi/que mihi vtilitas/ſi mortui non reſurgunt? Edamus et bibamus/cras enim morimur. Ne decipiamini. Mores bonos colloquia corrumpunt mala. Expergiſcimini iuſte/ne peccetis. Nam ignorationem dei nonnulli habent. Ad pudorem vobis loquor. At dicet aliquis. Quomodo reſurgẽt mortui? Quali aũt corpore venient? Stulte. Tu quod ſeminas/nõ viuificatur niſi mortuũ fuerit Et hoc quod ſeminas/nõ corpus quod naſcetur ſeminas/ſed nudum granum (exempli cauſa) tritici/aut alicuius ex ceteris. Sed deus illi dat corpꝰ vt voluit/et vnicuiqꝫ ſeminũ ſuum

Faber Stapulenſis ſic inquit. Omnia ſane verba impiorum/ oia carnalium/ bonos mores corrũpunt. Chriſtus caſtos mores requirit. Quid adoleſcẽtum auribus/ quid eorum tenellis et incorruptis animis ingeram Tibullum Catullum Terentij lenas et lenones? Ouidij heroidas molles/ et id genus veneficarum et mortiferarum ſyrenũ cantus? Que omnia vir prudens/ tanto magis vir Chriſtianus/ tanqꝫ naufragiorum ſcopulos deuitabit.

1. Cor. 15.

corpus. Non omnis caro/eadem caro/ſed alia quidem caro hominum/alia vero caro pecorum/alia vero piſciū/alia vero volucriū Et ſunt corpora celeſ-tia/et ſunt corpora terreſtria. Verum alia quidem celeſtium gloria/alia vero terreſtrium/alia gloria ſolis/et alia gloria lune/et alia gloria ſtellarum. Stel-la ſiquidem a ſtella differt in gloria/ ſic et reſurrectio mortuorum. Semina-tur in corruptione/ reſurgit in incorruptibilitate/ ſeminatur in ignominia/ reſurgit in gloria/ ſeminatur in infirmitate/ reſurgit in potentia/ ſeminatur corpus animale/ reſurgit corpus ſpirituale. Eſt corpus animale/ et eſt corpus ſpirituale/ quemadmodum et ſcriptum eſt. Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem/ extremus Adam in ſpiritum viuificantem. At non primum quod ſpirituale/ſed quod animale/ deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus/ſecundus homo ipſe dominus de celo. Qualis terre-nus ille/tales et hi qui terreni ſunt. Et qualis ille celeſtis/ tales et ii qui celeſ-tes ſunt. Et quemadmodum geſtauimus imaginem terreni/ geſtabimus et imaginem celeſtis. Hoc autem dico fratres/ ꝙ caro et ſanguis regni dei

Nam corpora beatorum celeſtia erunt/ nullo pondere deorſum preſſa/ in ſubli-me nulla reſiſtentia nullaqꝫ difficultate nitentia/et diuine lucis capatia Miſero-rum autem grauia/inertia/opaca/ hor-rendis offuſa tenebris.

Spiritus enim accipitur pro vi diuina operante in homine/ ac mouente homi-nem. Anima vero/ pro naturali vita et naturali motu/ ſed corpus eſt vtriuſqꝫ inſtrumentum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

hereditatem conſequi non poſſunt. Neq3 corruptio incorruptibilitatis here-
ditatem accipit. Ecce myſterium vobis dico. Non oēs quidem dormiemus
omnes tamen immutabimur/in puncto temporis/in momento oculi/ per
extremam tubam. Canet enim et mortui reſurgent incorruptibiles/ et nos
immutabimur Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem/ et
mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit
incorruptibilitatē/ et mortale hoc induerit immortalitatem/ tunc fiet ſermo
qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. Ubi tuus mors aculeus? vbi
tua inferne victoria? Aculeus autem mortis pctm̄/ potentia vero peccati/
lex/ ſed deo gratia/qui dedit nobis victoriam per dn̄m nr̄m Jeſum Chriſtū

Et Eſaias exultans aduerſus mortem internitione deletam dicit ca. xxv. Precipitabit dominus mortem in ſempiternum/et opprobrium populi ſui auferet Et pſal: cxxiij. Laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus.

Itaq3 frēs mei dilecti/ſtabiles ſitis/ immobiles/ abundātes in opere domini
ſemper/cum ſciatis ꝙ labor veſter nō eſt inanis in dn̄o. Caput xvi.

Sitis igitur ſtabiles/ quando per futuram reſurrectionem certum eſt preſtari tantam felicitatē que tamen non continget niſi iis qui hic per innocentiam et peccati fugam/ celeſtem vitam meditati fuerint.

CEterum de collatione in ſanctos/ quemadmodum ordinaui eccleſiis
Galatie/ita et vos facite. In vna ſabbatorum vnuſquiſq3 veſtrum apud ſe
ſeponat/recōdens quicquid cōmodum fuerit/ne cum venero/tunc collationes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1 Cor. 16.

fiant. Ubi venero autem/ quoſcunqꝫ probaueritis per epiſtolas/ hos mittam

vt perferant munificentiam veſtrã Hieroſolymam/ ꝙ ſi fuerit operepretium

vt et ipſe proficiſcar/ mecum proficiſcẽtur. Veniam autem ad vos cum Ma-

cedoniam tranſiero/ Macedoniam em̃ pertrãſiturus ſum. Apud vos autem

forte permanebo/ aut etiam hybernabo/ vt vos me deducatis quocũqꝫ pro-

ficiſcar. Nolo enim vos nunc in tranſcurſu videre/ ſed ſpero tẽpus aliquan-

tum manſurum me apud vos/ ſi dominus permiſerit. Commorabor autem

Epheſi vſqꝫ ad diem quinquageſimum. Nam oſtium mihi apertum eſt mag

num et efficax/ et aduerſarij multi. Uõ ſi venerit Timotheꝰ/ videte vt abſqꝫ

metu ſit apud vos. Opus enim domini operatur/ quemadmodum et ego.

Ne quis igitur eum ſpernat/ ſed proſequamini eum cum pace/ vt veniat ad

me. Expecto enim illum cum fratribus. Porro de Apollo fratre/ multum

hortatus ſum illum/ vt iret ad vos cum fratribus/ et omnino non erat vo-

luntas nunc eundi. Venturus eſt aũt cum opportunitatem erit nactus. Vigi-

late/ ſtate in fide/ viriliter agite/ eſtote fortes/ oĩa vobis cum charitate fiant.

Vigilate aduerſus inſidias male ſua-
dentium. State in fide ſemel ſuſcepta/
aduerſus ea que ꝯſiſtũt euangelio ſitis
infracto animo/ ſitis robuſti ac validi
nihil apud vos geratur per contentio-
nem/ ſed omnia per charitatem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Obſecro autem vos fratres. Noſtis familiam Stephane eſſe primitias Achaie/ et ꝙ in miniſterium ſanctis ordinarunt ſeipſos/ vt et vos ſubditi ſitis talibus/ et omni adiuuanti et laboranti Gaudeo vero de aduentu Stephane et Fortunati et Achaici/ quoniam id quod mihi deerat veſtri/ hi ſuppleuerunt. Refocillauerunt enim ſpiritum meū ac veſtrum. Agnoſcite itaqꝫ huiuſmodi. Salutant vos eccleſie Aſie. Salutant vos in domino multum Aquila et Priſcilla/ cum ea que in domo eſt ipſorum eccleſia. Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicem oſculo ſancto. Salutatio mea manu Pauli Si quis non diligit dominum Jeſum Chriſtum/ ſit anathema/ maran atha Gratia domini Jeſu Chriſti ſit vobiſcum. Dilectio mea cum omnibus vobis in Chriſto Jeſu. AMEN.

Sit anathema Maran atha/ ideſt pereat in aduentu domini. Siquidem Maran atha/ interpretatur dn̄s noſter venit/ ac ſi dicat Paulus. Sit illi anathema quia negat illum veniſſe/ quem tamen veniſſe conſtat.

Prioris epiſtole ad Corinthios Finis.

In poſteriorem ad Corinthios epiſtolam argumentum per Eraſmum Roterodamum.

PRimum reddit cauſas Corinthijs quare non reuiſerit illos/ quemadmodum pollicitus eſt epiſtola ſuperiore/ prius quedam prefatus de ſuis afflictionibus/ quas ob euangelium Chriſti perpetiebatur/oſtendens in tantis malis deum ſibi fuiſſe ſolatio. Mox reconciliat Corinthijs eum/quem ſuperiori epiſtola iuſſerat tradi ſatane/vt amanter reciperent caſtigatum/quem peccantem eiecerant. Hec ferme capite primo ac ſecundo. Deinde predicat ſtudium ſuum in euangelio predicando/obiter taxans ac notans ceteros pſeudapoſtolos/qui ſuo ſeruiētes queſtui/ſiue ſtudentes glorie/ nuſqꝫ non pelliciebant ad legē Moſaicam/quam Chriſto ſic conabantur admiſcere/quaſi ſine huius acceſſione non eſſet ſpes ſalutis. Itaqꝫ vmbris legis Moſaice prefert euangelij lucem. ſubinde adhortans illos non ad ceremonias legis/ſed ad conſcientiam vitamqꝫ Chriſto dignam. Teſtans interim qua ſynceritate predicauerit euangelium Chriſti/quantumqꝫ malorum eius gratia perpeſſus ſit ſpe premij celeſtis. Ad hec indicat/quibus in rebus ſita ſit potiſſimū Chriſtiana pietas. Hec tractantur in calce capitis ſecūdi/cap. tertio quarto quinto et principio ſexti. Nam reliqua huius capitis parte/ ſimulqꝫ initio proximi/ hortatur illos vt agnoſcentes dignitatem et ſanctitatem ſue profeſſionis/ modis omnibus abſtineant ab inquinamentis ethnicorum/cum quibus nihil eſſet illis commune. Quarto loco lenit ſuperioris reprehenſionis acerbitatem/ collaudans illorum obedientiam/ ꝙ epiſtole ſue licet obiurgatrici/ per omnia paruiſſent/ gratulaturqꝫ ꝙ is meror temporarius ſummum gaudium vtriſqꝫ pepererit/ velut cum ex amaro pharmaco conſequitur gratiſſima ſanitas. Quinto loco cum exemplo Macedonū/ tum varijs argumentis ac ſcripturarum teſtimonijs prouocat/ vt pro ſua quiſqꝫ facultate/ proqꝫ animi propenſione conferat aliquid in ſubſidium ſanctorum/qui Hieroſolymis agebant/memor hoc ſibi mandatum a Petro/adhoc negotij miſſo Tito cum altero collega (vt pleriqꝫ putant) Luca/ quos commendat Corinthijs. Hec agit capite Octauo et nono. Sexto/quos ante taxauit oblique/palam inſectatur pſeudapoſtolos/qui faſtu ac ſupercilio dignitatem ac maieſtatem apoſtolicam pre ſe ferebant/Paulum in contemptum vocantes velut humilem/ vt qui cerdonicam exercuerit/velut imperitum et infantem/ad hec toties ceſum ac vexatum iniurijs. Aduerſus hos autoritatem ſuam aſſerit apud Corinthios/teſtans nuſqꝫ ſibi deeſſe autoritatem ac poteſtatē apoſtolicam/ ſed qua nolit vti grauandis alijs' quemadmodum ceteri/ ſed tantum ad commodum ſuorum et Chriſti gloriam. Deinde prefatus veniam ſtultitie ꝙ de ſe glorioſius quedam dicere cogeretur/ primum equat ſe ſummis apoſtolis/ deinde prefert etiam/idqꝫ multis nominibus/ vel ꝙ latius ſparſerit euangelij doctrinam/ vel ꝙ vnus gratuito eam tradiderit/neqꝫ per ſe/ neqꝫ per ſuos grauans Achaicos/ vel ꝙ plura perpeſſus ſit euangelij cauſa/q̄ꝫ illorum quiſqꝫ/ea ſibi glorie vertens/ ob que quibuſdam videbatur contemptior. Porro ſermonis imperitiam agnoſcens modeſtie cauſa/ rerum ſcientiam ſibi vindicat/ne quid vel hic deſiderent. Poſtremo quoniam pſeudapoſtoli fictis angelorum viſionibus ſeſe venditabant apud ſimplices/ Paulus veram et inſignem adducit viſionem/ſe raptum in tertium vſqꝫ celum/ atqꝫ illic edoctum que captum hominum excedant. Hec fere cap. x. xi. xij. Septimo/ne per pſeudapoſtolos relaberentur in priſtina vitia/ teſtatur ſibi in animo eſſe/ inuiſere illos/ cum autoritate interminans/ ne tales eos offendat/vt ſui diſſimilis eſſe cogatur/aut ne/ſicut epiſtola ſeuire coactus eſt/ita preſens quoqꝫ ſeuire cogatur/quod antehac non fecerit/ cum ſuo iure potuiſſet. Hec agit in calce capitis duodecimi/ et capi. xiij. Grecorum inſcriptiones teſtantur hanc epiſtolam miſſam e Philippis per Titum et Lucam. Ceterum argumenta que nullo autore/ ſed commoda breuitate habentur in latinis codicibus/ teſtantur per eoſdem miſſam e Troade. Nam huius loci meminit capite ſecundo.

Argumenti Finis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Secunde epiſtole ad Corinthios Caput primum.

PAulus apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatē dei/ac Timo
theus frater/ congregationi dei que eſt Corinthi/ vna cum ſanctis omnibus
qui ſunt in tota Achaia. Gratia vobis et pax a deo patre noſtro/ et domino
Jeſu Chriſto. Benedictus deus et pater domini noſtri Jeſu Chriſti. qui
eſt pater miſericordiarum/et deus omnis cōſolationis/ cōſolans nos in om⸗
ni afflictione noſtra/ in hoc vt poſſimus conſolari eos/ qui ſunt in quauis
afflictione/ per cōſolationem qua noſipſos conſolatur deus. Quoniam ſicut
abundat afflictiones Chriſti in nobis/ ita per Chriſtum abundat et conſola⸗
tio noſtra. Siue autem affligimur pro veſtri conſolatione ac ſalute/que ope⸗
ratur in tolerantia earundem afflictionum/quas et nos patimur/ſiue conſola
tionem accipimus pro veſtri conſolatione ac ſalute/ ſpes etiam noſtra firma
eſt pro vobis/ cum ſciamus ꝙ quemadmodum participes eſtis afflictionum/
ſic futuri ſitis et conſolationis. Non enim volumus vos ignorare fratres
de afflictione nr̃a/ que nobis accidit in Aſia/ quoniam ſupra modum grauati

Videtur enim Paulus id imprimis op
tare vt clemētiſſimus ac optimus deus
temperet conſolationem ſuam pro ma⸗
lorum modo et quantitate/ vt quo gra
uiora illius cauſſa paſſi ſumus hoc ma
iore ſolatio reficiamur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 1.

fuimus ſupra vires/ adeo vt deſperauerimus etiam de vita. Quin ipſi in nobiſ
ipſis ſententiam mortis acceperamus/ ne confideremus in nobiſipſis/ ſed in
deo qui ad vitam ſuſcitat mortuos/ qui ex tanta morte eripuit nos/ et eripit/
in quo ſpem fixam habemus/ ꝙ et iam poſthac erepturus ſit/ ſimul adiuuan
tibus et vobis/ per deprecationem pro nobis/ vt ex multis perſonis/ pro do-
no in nos collato/ per multos gratie agãtur pro nobis Nam gloriatio noſtra
hec eſt/ teſtimonium conſcientie noſtre/ ꝙ cum ſimplicitate et ſynceritate dei
non ſapientia carnali/ ſed per gratiam dei cõuerſati fuerimus in mũdo/ abun-
dantius autem erga vos. Non enim alia ſcribimus vobis/ ꝗ̃ que legitis/
aut etiam agnoſcitis. Spero autem ꝙ vſqꝫ ad finem quoqꝫ agnoſcetis/ quem
admodum et agnouiſtis nos ex parte/ quoniam gloria veſtra ſumus/ quem-
admodum et vos noſtra/ in die domini Jeſu. Et hac fiducia volebam ad
vos venire prius/ vt geminam apud vos inirem gratiam/ et per vos pertran
ſire in Macedoniam/ et rurſum a Macedonia venire ad vos/ ac a vobis
deduci in Judeam. Hoc igitur cum in animo verſarem/ nuncubi leuitate ſum

Apoſtolus vt doceat nos de noſtra bo nitate parum eſſe preſumẽdũ/ de aliena ꝗ̃ plurimum/ quo magis exaudiamur a deo/ optat pro ſe multorum fidelium deprecationes et gratiarum actiones.

De ſapientia carnali ſic dicitur Jacobi iij. Non eſt iſta ſapientia deſurſum/ ſed terrena animalis diabolica. De ſim plicitate prouerbiorum iij. Recti habi tabunt in terra/ et ſimplices permane- bunt in ea. Et cum ſimplicibus ſermo cinatio dei.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Etiam et etiam/ et non nõ vocat apoſtolus ſermonem conſtantem ſolidum et efficacem ac immutabilem nec humano more vacillantem/ quia quod affirmat apoſtolus ſolide affirmat/ et quod negat conſtanter negat.

vſus? aut num que cogito/ ſecundum carnem cogito? Ut ſit apud me/ quod eſt etiam/etiam/et quod eſt non/ non. Imo fidelis deus/ ꝙ ſermo noſter erga vos/ non fuit etiam/et non. Nam dei filius Jeſus Chriſtus qui inter vos per nos predicatus eſt/ per me et Siluanum ac Timotheum/ non fuit etiam/et non/ ſed etiam per ipſum fuit. Quotquot enim ſunt promiſſiones dei/per ipſum ſunt etiam/et per ipſũ amen/deo ad gloriã per nos Porro qui confirmat nos vna vobiſcum in Chriſtum/ et qui vnxit nos/ deus eſt/ qui etiam obſignauit nos/ deditq; arram ſpiritus in cordibus noſtris. Ego vero teſtem deum inuoco in animam meam/ ꝙ parcens vobis/ nondum venerim Corinthum/ non ꝙ dominemur vobis nomine fidei/ ſed adiutores ſumus gaudii veſtri/ nam fide ſtatis.

Caput Secundum.

SEd decreui apud memetipſum hoc/ nõ iterum cum dolore ad vos venire. Nam ſi ego merore vos afficiam/ et quis eſt qui exhilaret me/ niſi is qui merore afficitur ex me? Et ſcripſi vobis hoc ipſum/ nè ſi veniſſem ad vos/ dolorem caperem ex his/ ex quibus oporrebat me capere voluptatem/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 2.

fiduciam hanc habens erga vos omnes/ ꝙ meum gaudium omnium veſtrum
ſit. Nam ex multa afflictione et anxietate cordis ſcripſi vobis/ per multas
lachꝛymas/non vt meroꝛe afficeremini/ ſed vt cognoſceretis charitatē quam
habeo abundantius erga vos. Qð ſi quis doloꝛe affecit/non me doloꝛe affe
cit/ſed ex parte/ne aggrauem omnes vos. Sufficit iſtiuſmodi homini incre-
patio hec/ que facta eſt a pluribus/ adeo vt ediuerſo magis condonare debe
atis et conſolari/ ne quo modo fiat/ vt immodico doloꝛe abſorbeatur huiuſ
modi. Quapꝛopter oſecro vos/ efficite vt valeat in illum charitas. Nam
et in hoc ſcripſeram/ vt cognoſcerem pꝛobationem veſtri/an ad omnia obedi
entes ſitis. Cui vero condonatis aliquid/ et ego condono. Nam et ego ſi
quid condonaui/ cui condonaui/pꝛopter vos condonaui in conſpectu Chꝛiſti
ne occuparemur a ſatana. Non enim illius cogitationes ignoꝛamus. Cete-
rum cum veniſſem Troadem in euāgelium Chꝛiſti/ et oſtium mihi eſſet aper
tum per dominum/non habui relaxationem ſpiritu meo/ eo ꝙ nō inueniſſem
Titum fratrem meum/ſed omiſſis illis/ abii in Macedoniam. Deo autem

Quia nihil mihi triſtius q̄ȝ ſi videro in vobis que veſtra profeſſione ſunt indigna/ nihil letius q̄ȝ ſi conſpexero in vobis nihil eſſe quod vituperari poſſit.

Indicat apoſtolus famoſum illū adul-terum non odio ſed charitate fuiſſe con demnatum/ in hoc tantum vt reſipiſce ret ac ſeruaretur/ideo hortatur vt nūc alacriter et amanter recipiant correctū/ quia hoc eſt charitatem valere et effica cem eſſe in illum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

gratia/qui ſemper triumphat per nos in Chriſto/ et odorem notitie ſue ma-
nifeſtat per nos in omni loco. Quoniam Chriſti bona fragrantia ſumus deo
in his qui ſalui fiunt/ et in his qui pereunt/ his quidem odor mortis ad mor-
tem/ illis vero odor vite ad vitam. Et ad hec quis idoneus? Non enim
ſumus vt pleriqꝫ cauponantes ſermonem dei/ ſed velut ex ſynceritate/ ſed
velut ex deo in conſpectu dei/ per Chriſtum loquimur.

Cauponari ſermonem dei/eſt verbum dei predicare ad ambitionem/ queſtū/ delitias/et voluptates vite/atqꝫ ſuum ſpargere odorem/magis q̃ꝫ odorem dei

Caput Tertium

Incipimus rurſus noſipſos commendare Num egemus vt nōnulli
commendatitiis epiſtolis apud vos/ aut a vobis commendatitiis? Epiſto
la noſtra vos eſtis/ inſcripta in cordibus noſtris/ que intelligitur et legitur
ab omnibus hominibus/dum declaratis ꝙ eſtis epiſtola Chriſti/ ſubminiſ-
trata/ a nobis inſcripta/ non atrameno/ ſed ſpiritu dei viuentis/non in ta-
bulis lapideis/ ſed in tabulis cordis carneis. Fiduciam autem huiuſmodi ha-
bemus per Chriſtum erga deum/ non ꝙ idonei ſimus ex nobiſipſis cogitare
quicq̃ꝫ/ tanq̃ꝫ ex nobiſipſis/ ſed ſi ad aliquid idonei ſumus/ id ex deo eſt/
qui et idoneos fecit nos miniſtros noui teſtamenti/nō litere/ ſed ſpiritus

Tametſi in nobis ſunt vires liberi arbitriȷ̈/ ille tamen nō ſunt ad ſalutem ſufficientes/ niſi a gratia dei preueni-ente/comitante/ et perficiente/iuuentur ac roborentur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 3.

Nam littera occidit/ ſpiritus autem viuificat. Qđ ſi adminiſtratio mortis in litteris/ deformata in ſaxis/ fuit in gloria/ adeo vt non poſſent oculos intendere filij Iſrael in faciem Moyſi/ propter gloriam vultus eius/ que aboletur cur non potius adminiſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi adminiſtratio cōdemnationis gloria/ multo magis excellit adminiſtratio iuſtitie in gloria. Quandoquidē ne glorificatum quidem fuit/ quod glorificatū eſt in hac parte propter eminentem gloriam. Etenim ſi quod aboletur/ fuit in gloria/ multo magis id quod manet/ eſt in gloria. Itaqꝫ cum habeamus huiuſmodi ſpem/ multa libertate vtamur/ et non quemadmodum Moyſes ponebat velamen in facie ſua/ ne intenderēt filij Iſrael in finem eius quod abolebatur. Sed obcecati ſunt ſenſus illorū Nam vſqꝫ in diem hodiernum idem velamen in lectione veteris teſtamenti manet/ nec tollitur velum/ quod per Chriſtum aboletur. Sed ad hunc vſqꝫ diem cū legitur Moyſes/ velamen cordibus illorum impoſitum eſt. At vbi cōuerſi fuerint ad dn̄m/ tolletur velamen. Dn̄s autem ſpiritus eſt. Porro vbi ſpiritus dn̄i/ ibi libertas. Nos autem omnes retecta

Littera ſimpliciſſime ſignificat doctrinam/ nempe quicquid ſcribitur/ legitur auditur/ ac dicitur/ adeoqꝫ omne opus/ quod (littera docente/ non ſpū viuificante) fit/ hoc eſt/ omne opus/ omnis doctrina/ omnis cogitatio/ que non viuit intra cor/ id eſt que eſt ſine charitate/ hoc eſt amore dei et proximi/ littera eſt/ atqꝫ ōnis hypocriſis/ ſimulata penitentia/ ſimulata externis ceremoniis pietas/ dolor conſcientie ſine fiducia diuine miſericordie/ ſunt littera. Spiritus eſt vita et efficatia ac fructus ſpirituſſancti in cordibus noſtris per amorem dei ac proximi. Igitur externa omnia ſi ſola ſunt/ littera dicuntur ſi vero viuunt in corde/ quando mens eſt amans dei et proximi/ ſpūs ſunt.

Vera libertas eſt libera vacatio animi a iugo diaboli et a ſeruitute peccati/ ad contemplandum/ diligendū/ et operandum ea que dei ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

facie gloriam dñi in ſpeculo repreſentantes/ ad eandem imaginem transfor-
mamur a gloria in gloriam/ tanq̃ꝫ a domini ſpiritu. Caput Quartum.

PRopterea cum miniſterium hoc habeamus/ vt noſtri miſertus eſt deus/ haud degeneramus/ ſed reiecimus occultamenta dedecoris/ non verſantes per aſtutiam/ neqꝫ dolo tractantes verbum dei/ ſed manifeſtatione veritatis cõmendantes noſipſos apud oẽm conſcientiam hominũ in cõſpectu dei. Qđ ſi adhuc velatum eſt euangeliũ noſtrum/ in his qui pereunt velatum eſt/ in quibꝰ deus huius ſeculi excecauit ſenſus incredulorũ/ ne illuceſceret illis lumen euãgelij glorie Chriſti/ qui eſt imago dei. Non enim noſipſos predicamus/ ſed Chriſtum Jeſum dñm/ nos autem ſeruos veſtros propter Jeſum Quoniam deus eſt/ qui iuſſit e tenebris lucem illuceſcere/ qui luxit in cordibus noſtris ad illuminationem cognitionis glorie dei/ in facie Jeſu Chriſti. Habemus autem theſaurum hunc in teſtaceis vaſculis/ vt virtutis eminentia ſit dei/ et non ex nobis/ dum in oĩbus premimur/ at non anxij reddimur/ laboramꝰ/ at non deſtituimur/ perſecutionem patimur/ at nõ in ea deſerimur/

Optima eſt cõmendatio/ qua ſyncera vita ſic nos cõmendat vt non ſit opus humana cõmendatione. Nam q̄ euangelium nõ omnibus patet (et ideo non cõfert omnibus ſalutem) ipſorũ vitio ſit non euangelij aut apoſtolorum

Predicare ſemetipſos/ eſt predicare ſe et humanas vires eſſe authores humane ſalutis/ ſuam querere gloriam/ laudem et honorem/ et vix agnoſcere ſe eſſe ſeruos verbi dei.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 4.

deiicimur/ at non perimus/ ſemper mortificationem domini Jeſu in corpo-
re circumferentes/ vt et vita Jeſu in corpore noſtro manifeſtetur. Semper
enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Jeſum/ vt et vita Jeſu
manifeſtetur in mortali carne noſtra. Itaqz mors quidem in nobis agit/
vita vero in vobis. Ceterum cum habeamus eundem ſpiritum fidei/ iuxta
illud quod ſcriptum eſt. Credidi/ et ideo locutus ſum/ et nos credimus/ qua-
propter et loquimur/ ſcientes ꝙ qui ſuſcitauit dominum Jeſum/ nos quoqz
per Jeſum ſuſcitabit/ et conſtituet vobiſcum. Nam omnia propter vos/
vt beneficium quod exundauit/ pluribus gratias agentibus exuberet in glo
riam dei. Propterea non defatigamur/ ſed quamuis externus homo noſter
corrumpitur/ internus tamen renouatur in dies ſingulos. Nam momenta-
nea leuitas afflictionis noſtre/ mire ſupra modum eternum pondus glorie
parit nobis/ dum non ſpectamus ea que videntur/ ſed ea que non viden
tur. Nam que videntur/ temporaria ſunt/ at que non videntur/ eterna.

Manifeſtatur autem vita Chriſti in corpore noſtro/ vel quando per illũ eri-
pimur a morte/ vel quando cõtempta corporis vita/ palam teſtamur et aſſe-
rimus corporum reſurrectionem.

Per externum hominem intelligit cor-
pus (quod quotidianis laboribus con
ficitur) nimirum craſſiorem hominis partem. Per internum vero hominem intelligit animum/ meliorẽ partem noſ
tri/ qui indies fit vegetior ac valentior/ ſpe future immortalitatis quodammo
do repubeſcens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Scimus enim ꝙ ſi terrenum noſtrum domicilium huius tabernaculi deſtructum fuerit/ edificationem ex deo habemus domicilium non manufactum/ eternum in celis. Nam in hoc gemimus/ domicilio noſtro quod e celo eſt ſuperindui deſiderantes/ ſi tamen induti/ non nudi reperiemur. Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo/ gemimus onerati/ propterea ꝙ nolimus exui/ ſed ſuperindui/ vt abſorbeatur mortalitas a vita. Porro qui parauit nos in hoc ipſum/ deus eſt/ qui idem dedit nobis arrabonem ſpiritus. Itaqȝ bono animo ſumus ſemper/ et ſcimus ꝙ cum domi ſumus in corpore/ peregrinamur a deo. Per fidem enim ambulamus/ nō per ſpetiem. Cōfidimus autem et probamus magis/ peregre abeſſe a corpore/ et preſentes adeſſe apud deum. Quapropter contendimus/ ſiue domi preſentes/ ſiue foris peregre agentes/ vt illi placeamus. Oēs enim nos manifeſtari oportet coram tribunali Chriſti vt reportet vnuſquiſqȝ ea que fiunt per corpꝰ/ iuxta id quod fecit/ ſiue bonum ſiue malum Scientes igitur terrorem illum domini/ ſuademus hominibꝰ/ deo vero manifeſti ſumus. Spero aūt nos et in cōſcientiis veſtris manifeſtos eſſe

Indutos vocat apoſtolus ſpe immortalitatis amictos ex fidutia bone vite/ Nudos vero fide/ charitate/ et innocentia vacuos intelligit.

Erubeſcant (huius loci lectione) impudentes illi bonorum operū hoſtes/ negantes adeo vtilitatem bonorum operū/ vt contendant etiam ea eſſe peccata mortalia. Si bona opera ſunt peccata mortalia/ adeoqȝ mala/ cur igitur paulus diſcernit bonum a malo/ oſtendēs alia eſſe bonorum alia eſſe malorū premia? Nec dicit vnūquēqȝ reportaturū quod credidit tantum/ ſed quod fecit ſiue bonum ſiue malum.

2 cor 5

Non enim iterum noſipſos commendamus vobis/ ſed occaſionem damus vobis gloriandi de nobis/ vt aliquid habeatis aduerſus eos qui in facie gloriantur/ et non in corde. Nam ſiue inſanimus/ deo inſanimus/ ſiue ſani ſumus vobis ſani ſum⁹. Charitas enim Chriſti cōſtringit nos/iudicātes illud/ q̄ ſi vnus pro oibus mortuus fuit/ergo oēs mortui fuerunt/ et pro omnibus mortu⁹ eſt vt qui viuunt/ poſthac nō ſibi viuant/ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt et reſurrexit.

Ac ſi dicat Non per iactantiam aut ſtudium inanis glorie/ equamus nos ceteris apoſtolis ſed per charitatem/ quia non in noſtram ſed in dei laudē cedit/ſi quid egregie per nos quidem geſtū eſt.

Itaq3 nos poſthac neminem nouimus ſecundum carnem. Porro etiamſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem/ nunc tamen non amplius nouimus. Proinde ſi quis eſt in Chriſto/ noua creatura eſt. Vetera preterierunt/ ecce noua facta ſunt omnia. Omnia autē ex deo/ qui reconciliauit nos ſibi per Ieſum Chriſtum/ deditq3 nobis miniſterium reconciliationis/ quandoquidem deus erat in Chriſto/ mundum reconcilians ſibi/non imputans eis peccata ſua/ et poſuit in nobis ſermonem reconciliationis.

Neminem noſſe ſecundum carnem/ eſt non eſtimare hominem ex carnis propinquitate vel affinitate/ ſed ex vita pura/ſancta et ſyncera/ que innocentie ac pacientie Chriſti eſt imitatrix.

Itaq3 nomine Chriſti legatione fungimur/ tanq3 deo vos obſecrante per nos/rogamus pro Chriſto/ reconciliemini deo/ eum enim qui non nouit

Reconciliemini deo/ ideſt/ contendite pacem habere cum deo/ per fiduciam erga illius miſericordiam et per penitentiam ſuperioris vite. Fruſtra fiditur deo/ ſine vite correctione/ et innocentie ſtudio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

peccatum/ pro nobis peccatum fecit/ vt nos efficeremur iuſtitia dei per illum.

Peccatum quandoqꝫ pro hoſtia poni-
tur vt Ozee iiij. Peccata populi mei
comedent/ ideſt hoſtias oblatas pro
peccatis populi mei.

Caput Sextum

Quin et adiuuantes obſecramus/ ne in vacuum gratiam dei recepe
ritis. Dicit enim. In tempore accepto exaudiui te/ et in die ſalutis ſucurri
tibi. Ecce nunc tempus acceptum/ ecce nunc dies ſalutis. Ne quam vſq̄ꝫ de-
mus offenſionem/ ne reprehendatur miniſterium/ ſed in omnibus commende
mus noſipſos vt dei miniſtri/ in tolerantia multa/ in afflictionibus/ in ne-
ceſſitatibus/ in anxietatibus/ in plagis/ in carceribus/ in ſeditionibus/ in la
boribus/ in vigiliis/ in ieiuniis/ in puritate/ in ſcientia/ in animi lenitate/
in benignitate/ in ſpiritu ſancto/ in charitate non ſimulata/ in ſermone veri
tatis/ in potentia dei/ per arma iuſtitie dextra ac ſiniſtra/ per gloriam et ig-
nominiam/ per cõuitia et laudes/ quaſi impoſtores/ et tamen veraces/ quaſi
ignoti/ et tamen noti/ quaſi morientes/ et ecce viuimus/ quaſi correpti/ et
non occiſi/ quaſi dolentes/ ſemper tamen gaudentes/ quaſi pauperes/ mul-
tos tamen ditantes/ vt nihil habentes/ et tamen omnia poſſidentes. Os

Tempus acceptum et placabile eſt tem
pus quo deus non auerſatur peccato-
rem ex animo reſipiſcentem.

Hoc eſt commendemus noſipſos nõ
faſtu/ non opibus/ nõ queſtu/ non doc
trina libertatis carnalis/ vt faciunt qui
dam/ ſed eiſdem rebus/ quibus ſe com
mendauit Chriſtus nimirum multa
patientia/ omniumqꝫ virtutum ſtudio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 6. & 7.

noſtrum apertum eſt erga vos Corinthij. Cor noſtrum dilatatum eſt. Non eſtis anguſti in nobis/ ſed anguſti eſtis in viſceribus veſtris Eandem autem remunerationem vt a filiis exigo. Dilatemini et vos/ ne ducatis iugum cum incredulis. Quod enim conſortium iuſtitie cum iniuſtitia? aut que communio luci cum tenebris? aut que concordia Chriſto cum Belial? aut que pars fideli cum infideli? aut quid conuenit templo dei cum ſimulacris? Nam vos templum eſtis dei viuentis/ quemadmodum dixit deus. Inhabitabo in illis et inambulabo/ et ero illorum deus/ et ipſi erunt mihi populus. Quapropter exite de medio illorum/ et ſeparemini ab illis/ dicit dominus/ et immundum ne tetigeritis/ et ego ſuſcipiam vos/ et ero vobis loco patris/ et vos eritis mihi vice filiorum ac filiarum/ dicit dominus omnipotens.

Belial enim hebreis ſignificat malum et iniquum / aut etiam noxium demonem. Chriſtus omnia fecit vt proſit/ Contra Belial etiam cum iuuat/ in hoc iuuat vt noceat.

Ac ſi dicat. Impij mores vere polluti ſunt/et periculoſum habent contagium quorum cōmertio cauete ne veſtra puritas inquinetur. Nō in loco ſed in affectibus eſt fuga quam ſuadeo.

Caput Septimum.

HAs igitur promiſſiones cum habeamus chariſſimi/ mūdemus noſipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus/ perficientes ſanctimoniam cum timore dei. Capaces eſtote noſtri/ neminem leſimus/ neminem corru-

Mundemus noſipſos/ ideſt/ purgemus noſipſos/vt huiuſmodi promiſſionibus digni videamur/ ideq; memoria paſſionis Chriſti/ ac contritione et dolore peccatorum noſtrorum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

pimus/neminem fraudauimus. Non hoc ad condemnationem veſtri dico
Siquidem iam ante dixi vobis/ ꝙ in cordibus noſtris eſtis ad commorien-
dum et conuiuendum. Multa mihi fiducia erga vos/ multa mihi gloriatio
de vobis/ impletus ſum conſolatione/ vehementer exundo gaudio in omni
afflictione noſtra. Etenim cum veniſſemus in Macedoniam/ nullam habuit
relaxationem caro noſtra/ ſed in omnibus affligebamur. Foris pugne/ intus

Foris pugne intus terrores quia ab euangelij hoſtibus cedebamur/ſed fidelibus interim metuebamus/ne noſtris malis conſternati diffiderent.

terrores. Uerum qui conſolatur humiles/ conſolatus eſt nos deus per ad-
uentum Titi. Non ſolum autem per aduentum illius/ verumetiam per con-
ſolationem quam ille accepit de nobis/ cum annuntiaret nobis veſtrum de-
ſiderium/ veſtrum fletum/ veſtrum pro me ſtudium/ adeo vt magis gaui-
ſus fuerim. Nam etiamſi contriſtaui vos per epiſtolam/ non me penitet/

Contriſtauerat Corinthios apoſtolus/ ſed inuitus/ cogēte ſcilicet illū rei indignitate/ſed quia bene ceſſit contriſtatio/ eum illius non penitet/fructu contriſtationis exhilaratus tametſi antea aliquo modo penituiſſet cum adhuc eſſet incertus fructus.

tametſi penituerat. Uideo namq; ꝙ epiſtola illa/ tametſi ad tempus contri-
ſtauit vos/ nunc gaudeo/ non ꝙ contriſtati fueritis/ ſed ꝙ contriſtati ſitis
ad penitentiam. Nam contriſtati eſtis ſecundum deum/ ſic vt nulla in re
detrimento ſitis affecti per nos. Nam qui ſecundum deum eſt dolor/ is

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 7.

penitentiam ad ſalutem haud penitendam parit/ contra/ mundi dolor mortem adfert. Ecce enim iſtuc ipſum ꝙ ſecundum deum contriſtati fuiſtis/ quantã in vobis genuit ſolicitudinem? imo ſatiſfactionem/ imo indignationem/ imo timorem/ imo deſiderium/ imo vindictam. Siquidem vbiqꝫ commendaſtis voſipſos/ ꝙ puri ſitis in eo negotio. Proinde tametſi ſcripſi vobis/ non id feci eius cauſa qui leſerat/ nec eius cauſa qui leſus fuerat/ ſed ob id vt palam fieret ſtudium veſtrum pro nobis apud vos in cõſpectu dei. Idcirco conſolationem accepimus ex conſolatione veſtri/ quin vberius inſuper gauiſi ſumus ob gaudium Titi/ ꝙ refocillatus ſit ſpiritus illius ab omnibus vobis/ ꝙ ſi quid apud illum de vobis gloriatus ſum/ non fuerim pudefactus/ ſed vt omnia cum veritate locuti ſumus vobis/ ita et gloriatio noſtra/ qua vſus eram apud Titum/ veritas facta eſt. Et viſcera illius maiorem in modum erga vos affecta ſunt/ dum recolit omnium veſtrum obedientiam/ quemadmodum cum timore ac tremore exceperitis ipſum. Gaudeo ꝙ in omnibus confidam vobis.

Caput Octauum

Dolor ſecundum deum facit vt homines cognoſcant peccata ſua/ confiteantur ſe merito affligi/ et expectant ſalutem ac redemptionem/ offerentes deo ſacrificium iuſticie.

Dolor ſecundum mundum facit dolentes iraſci iudiciis dei/ hĳ ſicut nõ agnoſcunt peccata ſua/ et non confitẽtur ſe merito affligi/ ita nec ſperant ſe redimi. De primo Danielis iĳ. Oĩa que feciſti nobis domine in vero iuditio feciſti. Et eiuſdem ix. Nobis confuſio/ tibi autem dño deo noſtro miſericordia et propitiatio. De ſecundo Hieremie. ĳ. Abſqꝫ peccato et innocens ego ſum.

Pudefactionis periculo ſe exponit/ qui alium commendat quia ſi cõmendatus cõmendationi non reſpondet/ iam pudorem habet commendator.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

De communione rerum.

Poſſidere res non eſt peccatũ/ ſed cum alterius iniuria poſſidere peccatum eſt/ i. Corin: vij. Qui emunt tanq; nõ poſ-ſideant/ i. ad Timotheũ. vltimo. Diui-tibus huius ſeculi precipe/non ſublime ſapere / imo preceptum eſt omnibus vt rem faciant ad Ephe: iiij. Laboret operando manibus vt habeat vnde tribuat neceſſitatem pacienti.

Certiores autem vos facio fratres de gratia dei quę data fuit in eccleſiis Macedonie/ quoniam per multam probationem afflictionis exube-rauit gaudium illorum/ et profunda paupertas illorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorũ. Nam pro viribus (teſtor) etiam ſupra vires prompti fuerunt/ multa cum obteſtatione rogantes nos/ vt beneficium et ſocietatem miniſterij ſuſciperemus in ſanctos/ ac non quatenus ſperabamus/ quinetiam ſemetipſos dediderunt primum domino / deinde et nobis per volũtatem dei in hoc vt adhortaremur Titum/ vt quemadmodum ante cepiſſet/ ita et con ſummaret hanc quoq; erga vos beneficentiam. Imo quẽadmodum vbiq; abundetis fide/ et ſermone/ et ſcientia/ et omni diligẽtia/ et in ea que ex vo-bis erga nos eſt charitate/ facite vt in hac quoq; beneficentia abundetis. Non ſecundum imperium loquor/ ſed per ſolicitudinem/ erga alios etiam veſtre dilectionis ſyncer itatem approbans. Noſtis enim beneficentiam dñi noſtri Jeſu Chriſti/ ꝙ ꝓpter vos pauper factus ſit/ cum eſſet diues/ vt vos illius paupertate diteſceretis. Et conſiliũ in hoc do/ nam hoc vobis cõducit

Ex hoc loco quidam collegerunt com-munionem rerum nõ precipi ſed cõſuli/ Deutero. tamen xv. precipitur vbi dñs dicit. Precipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno et pauperi Et Luce vi Omni petẽti te tribue Et Luce. xi. pre-cipitur dari eleemoſyna de his que ſu-perſunt. Quando vero ſupereſt/ indi-cat Paulus i. ad Timo. vlti. Habentes victum et amictum his contenti ſimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2 Cor 8

qui quidem non ſolum facere/ verum etiam velle iam cepiſtis anno ſuperiorē
Nunc autem et illud quod facere cepiſtis/ perficite/ vt quēadmodū voluntas
prōpta fuit/ ita et perficiatis ex eo quod poteſtis. Etenim ſi prius adſit animi
prōptitudo/ ea iuxta quicquid illud eſt/ quod poſſidet aliquis/ accepta eſt/ non
iuxta id quod non poſſidet. Nō enim/ vt aliis relaxatio ſit/ vobis autem an-
guſtia/ ſed vt ex equabilitate in preſenti tempore veſtra copia/ illorum ſuc-
currat inopie/ et illorum copia/ veſtre ſuccurrat inopie/ vt fiat equabilitas/
quemadmodum ſcriptum eſt. Qui multum habebat/ huic nihil ſuperfuit/ et
qui paulum habebat/ is nihilo minus habuit. Gratia autem deo/ qui dedit
eandem ſollicitudinem pro vobis in corde Titi/ qui exhortationē acceperit
quin potius cum eſſet diligentior/ ſuapte ſponte ad vos venerit. Miſimus
autem vna cum illo fratrem eum/ cuius laus eſt in euangelio per omnes eccle-
ſias/ nec id ſolum/ verumetiam delectus eſt ab eccleſiis/ comes peregrinatio-
nis noſtre/ cum hac beneficentia que adminiſtratur a nobis ad eiuſdem dn̄i
gloriam/ et animi veſtri promptitudinem/ declinātes hoc ne quis nos carpat

Ac ſi dicat. Cum vltro ſuppetit animi promptitudo/ ſatis eſt ſi iuxta modū facultatum temperetur largitio. Nec enim exigitur vt dones quod nō habes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

in hac exuberantia/ que adminiſtratur a nobis/ procurantes honeſta/ non tantum coram domino/ ſed etiam coram hominibus. Miſimus autem vna cum illis fratrem noſtrum quem probaueramus in multis ſepenumero dili-gentem/ nunc autem multo diligentiorem ob multam fiduciam/ quam habeo erga vos/ ſiue Titi nomine/ qui ſocius meus eſt/ et erga vos adiutor/ ſiue aliorum qui fratres noſtri ſunt et legati eccleſiarum/ gloria Chriſti. Proinde documentum charitatis veſtre/ et noſtre de vobis gloriationis in eos demon ſtretis etiam in conſpectu eccleſiarum.

Caput Nonum

Nam de ſubminiſtratione quidem que fiat in ſanctos/ ſuperuacuum eſt mihi ſcribere vobis. Noui enim promptitudinem animi veſtri/ quam de vobis iacto apud Macedones/ quod Achaia parata eſt ab anno ſuperiore/ et veſtrum exemplum peruocauit complures. Miſi tamen hos fratres/ ne gloria noſtra qua glorior de vobis/ inanis fiat in hac parte/ vt quemadmodum dicebam parati ſitis/ ne quo pacto fiat/ vt ſi mecum venerint Macedones/ et offen-derint vos imparatos/ nos pudore ſuffundamur/ vt ne dicam vos in hoc

2. Cor. 9.

argumento gloriationis. Proinde neceſſariū arbitratus ſum/ adhortari frēs/
vt prius accederēt ad vos/ et prepararent iam ante ꝓmiſſam bonam collatio
nem vrām/ vt ea ſit in promptu/ ſic tanq̄ȝ bona collatio/ et non tanq̄ȝ frauda-
tio. Illud aūt dico. Qui ſementem facit parce/ is parce meſſurus eſt. Et qui
ſementē facit libenter/ ac benigne largiendo/ copioſe meſſurꝰ eſt/ vnuſquiſqȝ
ſecundū ꝓpoſitum cordis/ non ex moleſtia/ aut ex neceſſitate. Nam hilarem
datorem diligit deus. Potens eſt aūt deus efficere/ vt totum bn̄ficium in vos
exuberet/ vt in oībus oēm ſufficientiam habentes/ exuberetis in omne opus
bonum/ quēadmodum ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperibus/ iuſtitia eius
manet in ſeculum. Porro qui ſuppeditat ſemen ſemēti/ is et panem in cibum
ſuppeditet/ et multiplicet ſementem vrām/ et augeat prouentus iuſtitie veſtre
vt in oībus locupletemini/ in oēm ſimplicitatē/ que per nos efficit/ vt gratie
agātur deo. Nam functio huiꝰ miniſterij nō ſolum ſupplet ea que deſunt ſanc-
tis/ verumetiā exuberat in hoc/ ꝙ per multos agātur gratie deo/ qui per ꝓba-
tionem miniſterij huius glorificant deum ſuper obedientia cōſenſus veſtri in

k

Largius enim ac libērius dat qui ſpon-
te dat/ malignius donat/ qui cum me-
rore veluti coactus donat/ et verbis ma-
le ominantibus/ cuius donum magis
videtur extorſio q̄ȝ donatio.

Nam hilarem datorem diligit deus/
id eſt/ alacrem voluntarium ac ſponta-
neum/ et veluti exultantem/ dandi occa-
ſionem contigiſſe.

Juſticia eius manet ꝛc̄ quia bona pie-
tatis ac iuſticie pars eſt munificentia
qua ſanctorū inopie ſubuenitur/ quan-
do ſic redditur vniciuiqȝ quod ſuū eſt.

euangelium Chꝛi/ et de ſimplicitate cõmunicationis in ipſos/ et in oēs/ et in illorum oratione pro vobis/ qui deſiderāt vos ꝓpter eminentem gratiam dei in vobis. Gratia aũt deo ſuper inenarrabili ſuo munere.

Caput Decimum

Per lenitatem et manſuetudinem/id eſt per pacientiam et humanitatem. Nam lenis eſt qui nõ temere iraſcitur. Manſuetus autem qui etiam iratus facile placatur.

C Eterum ipſe ego Paulus obſecro vos per lenitatem et mãſuetudinē Chꝛi/ qui iuxta faciem quidē humilis ſum inter vos/ abſens tamen audax ſum erga vos. Rogo aũt vos/ ne preſens audeam ea fidutia qua exiſtimor audax fuiſſe in quoſdã/ qui putãt nos veluti ſecũdum carnem ambulare/ nam in carne ambulãtes/ nõ ſecundũ carnem militam⁹. Siquidē arma militie nr̃e non carnalia ſunt/ ſed potentia deo ad demolitionē munitionũ/ quibus conſilia demolimur/ et oēm celſitudinē que extollitur aduerſus cognitionem dei/ et captiuam ducim⁹ oēm cogitationē ad obediendũ Chꝛo/ et in prõptu habemus vindictam aduerſus oēm inobedientiã/ cum impleta fuerit veſtra obedientia Que in conſpectu ſunt/ videtis? Si quis de ſeipſo cõfidit ꝙ Chꝛiſti ſit/ illud rurſum perpendat ex ſeipſo/ ꝙ quēadmodũ ipſe Chꝛi eſt/ ita et nos Chꝛiſti ſumus. Nam ſi et amplius quippiã glorier de poteſtate nrã/ quã dedit dñs nobis in

Spiritualis eſt enim dignitas et apoſtolica poteſtas/ nõ corporalis. Si quis igitur hoc noīe ſibi placet ꝙ Chꝛiſti ſit vel ꝙ hunc mortalē viderit vel ꝙ huic ſanguinis propinquitate iunctus ſit/ is ſtulte ſibi placet / quando non minus per fidem ſunt Chꝛiſti/ qui nullo propinquitatis gradu Chꝛiſto attinent/ nec etiam mortalem in carne corporaliter viderunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 10.

edificationē et non in deſtructionē veſtri/ non pudefiam/ ne videar ceu perterrefacere vos per epiſtolas. Nam epiſtole quidē/ inquit/ graues ſunt et robuſte at preſentia corporis infirma/ et ſermo contemptꝰ. Hoc reputet qui iſtiuſmodi eſt/ ꝙ quales ſumus ſermone per epiſtolas cum abſumus/ tales ſumus et cum adſumus facto Non enim ſuſtinemꝰ inſerere aut cōferre noſipſos cum quibuſdam/ qui ſeipſos commendant. Sed iſti non intelligunt/ ꝙ ipſi inter ſeſe ſeipſos metiuntur/ et comparant ſemet ſibi. At nos non in immenſum gloriabimur/ verū iuxta menſuram regule qua partitus eſt nobis deus/ menſura pertingendi etiam vſqꝫ vos. Non enim quaſi non pertingamus vſqꝫ ad vos/ extendimus noſipſos ſupra modum. Nam vſqꝫ ad vos quoqꝫ peruenimus in euangelio Chriſti/ non in immenſum gloriantes ſuper alienis laboribus/ ſperantes futurum/ vt ſuboleſcente fide veſtra in vobis/ magnificemur iuxta regulam veſtram in exuberantiam / vt iis quoqꝫ regionibus que vltra vos ſunt/ euangelizem/ non per alienam regulam/ vt de his que parata ſunt gloriemur/ ſed qui gloriatur/ in dn̄o glorietur. Non enim qui ſeipſum

Hec dicit Paulus in perſona cuiuſdam quem honoris cauſa nō nominat/ quaſi dicat aliquis de Paulo. Paulus epiſtolas mittit arrogantes et potentes. Ceterum cum adeſt ipſe/ iam ſui diſſimilis eſt nihil pre ſe ferens maieſtatis/ cuius oratio humilior/ non hoc tonat quod tonant epiſtole.

Ac ſi dicat. Satis eſt ingens hoc gloriandi argumentū/ non quocūqꝫ modo perueniſſe ad vos ſed ita perueniſſe/ vt vobis predicauerimus euageliū Chriſti Nec enim inuiſimus iam perſuaſos/ quod faciunt pſeudapoſtoli / ſed ipſi primi perſuaſimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

commendat/ ille probatus eſt/ ſed is quem dn̄s cõmendat. Caput xi.

Ac ſi dicat. Non mihi tempero quin aliquid magnificentius de me predicem q̃zuis non ignorem argumentum eſſe ſtultitie/ iactare ſeipſum.

Vtinam toleraſſetis me pauliſper in inſipientia mea/ imo et ſuffer-
tis me. Nam zelotypus ſum erga vos dei zelo. Adiunxi enim vos vni viro
vt virginem caſtam exhiberetis Chriſto/ ſed metuo/ ne qua fiat/ vt quem-
admodum ſerpens Euam decepit verſutia ſua/ ita corrumpantur ſenſus
veſtri a ſimplicitate/ que erat erga Chriſtum. Nam ſi is qui venit/ alium
Jeſum predicat/ quem non predicauimus/ aut ſi ſpiritum alium accipitis/
quem non accepiſtis/ aut euangelium aliud/ quod non accepiſtis/ recte ſuſti-
nuiſſetis. Arbitror enim me nihilo inferiorem fuiſſe eximiis apoſtolis. Cete-
rum licet imperitus ſum ſermone/ non tamen ſcientia. Verum vbiq; mani-
feſti fuimus in omnibus erga vos. Num illud peccaui/ ꝙ meipſum humi-
liarim/ vt vos exaltaremini? ꝙ gratuito euangelium dei predicauerim vo-
bis? Ceteras eccleſias depredatus ſum/ accepto ab illis ſtipendio/ quo
vobis inſeruirem. Et cum apud vos eſſem/ et egerem/ non oneroſus
fui cuiq;. Nam quod mihi deerat/ ſuppleuerunt fratres qui venerant a

Sint illi (ſi placet) ſermone compti-ores/ certe ſcientia non illis conceſſerim. Nihil opus orationis lenocinio cum res adſit. Venditent illi ſe verborum pha-leris/ nos omnibus officiis declaraui-mus animum erga vos et vim apoſtoli-cam/ neq; quicq̃ paſſi ſumus in nobis deſyderari.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2. Cor. 11

Macedonia/et in omnibus ſic me ſeruabam/ ne cui eſſem onerosus/ atq; ita ſeruabo. Eſt veritas Chriſti in me/ q̄ hec gloriatio non interrumpetur contra me in regionibus Achaie. Quapropter? an q̄ non diligam vos? Deus nouit. Uerum quod facio/ idem et faciam/ vt amputem occaſionem iis qui cupiunt occaſionem/ vt in eo de quo gloriantur/ reperiantur/ quemadmodum et nos. Siquidem iſtiuſmodi pſeudapoſtoli operarij doloſi ſunt/ſumpta perſona apoſtolorum Chriſti/ atq; haud mirum/ quandoquidem ipſe ſatanas transfiguratur in angelum lucis. Non magnum eſt igitur/ ſi et miniſtri illius perſonam in ſe transferunt/ quaſi ſint miniſtri iuſtitie/ quorum finis erit iuxta opera eorum. Iterum dico ne quis me putet inſipientem eſſe/ alioquin et iam vt inſipiētem accipite me/ vt paulul um quiddam et ego glorier. Quod dico/ non dico ſecundum dominum ſed velut per inſipientiam/ in hoc argumento gloriationis Quandoquidem multi gloriantur ſecundum carnem/ et ego gloriabor. Libēter enim ſuffertis inſipientes cum ſitis ſapiētes Suffertis eñi/ ſi quis vos in ſeruitutē adigit/ ſi quis exedit/

Hec gloriatio nō interrumpetur/ hoc eſt non deficiet/ hoc enim dixit ſignificans ſe in poſterū etiam nihil accepturum/ interrumpitur enim quod non eſt perpetuum.

Pſeudapoſtoli/ non ex animo/ ſed ad ſuum queſtum ac faſtū predicant euangelium/et cum a Chriſto miſſi non ſint neq; Chriſti negotium agant/ tamen falſo ſibi vindicant apoſtolici cognominis honorem/ſuas hereſes ſimul infulcientes/velut faciunt ij qui letale venenum/ quo magis fallant admiſcent exquiſitiſſimo vino.

Non dico ſecundum dominum/ id eſt quod iam dico/non ſapit purum illum Chriſti ſpiritum ſed humanam potius ſtulticiam/ quēadmodum ſtultū vulgus gloriari ſolet/ de huiuſmodi rebus ex quibus non oritur vera gloria.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſi quis accipit/ ſi quis attollit ſeſe/ ſi quis vos in faciem cedit. Juxta contu-
meliam loquor/ perinde quaſi nos infirmi fuerim⁹. Jmo in quocũqꝫ audet
aliquis (per inſipientiã loquor) audeo et ego. Hebrei ſunt/ ſum et ego. Jſra-
elite ſunt/ ſum et ego. Semẽ Abrahe ſunt/ ſum et ego. Miniſtri Chriſti ſunt
(deſipiẽs loquor) excellẽtius ſum ego/ in laboribus copioſius/ in verberib⁹
ſupra modũ/ in carceribus abundantius/ in mortibus frequenter. A Judeis
quinquies quadragenas plagas vna min⁹ accepi. Ter virgis ceſus fui/ ſemel
fui lapidatus/ ter naufragiũ feci/ noctem ac diem in profundo egi/ in itinerib⁹
ſepe/ in periculis fluminum/ periculis latronum/ periculis ex genere/ pericu-
lis ex gẽtibus/ periculis in ciuitate/ periculis in deſerto/ periculis in mari/ pe-
riculis inter falſos fratres/ in labore et moleſtia/ in vigiliis ſepe/ in fame et
ſiti/ in ieiuniis ſepe/ in frigore et nuditate/ preter ea que extrinſecus accidunt
incumbens mihi quotidiana cura omnium eccleſiarum. Quis infirmatur/ et
ego non infirmor? Quis offenditur/ et ego non vror? Si gloriari oporteat
de his que infirmitatis mee ſunt gloriabor.

Excellentius ſum ego miniſter Chriſti quod ita eſſe non declarauit faſtu/ non capiẽdis muneribus/ non iactanda gentis origine/ ſed his argumẽtis/ que vere teſtantur pectus euangelicum/ hoc eſt malorum tolerantia per ſummam pacientiam.

Ac ſi dicat. Que hactenus recenſui ad corporis dumtaxat afflictionem pertinent. At interim non leuius affligebar animo/ quem vndiqꝫ premit ac vrget ſolicitudo/ quotidie mihi incumbens pro ſalute multorum.

Caput Duodecimum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2 Cor 12

Deus et pater dñi noſtri Jeſu Chriſti/ qui eſt laudandus in ſecula nouit ꝙ non mentiar. In Damaſci ciuitate/ gentis prefectus nomine Arete regis excubias poſuerat in Damaſcenorum vrbe/ cupiens me cõprehendere ac per feneſtram in ſporta demiſſus fui per menia/ effugiq; manus eius. Gloriari ſane non expedit mihi/ veniam enim ad viſiones et reuelationes domini. Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim / an in corpore neſcio / an extra corpus neſcio / deus nouit/ raptum huiuſmodi in tertium vſq; celum. Et ſcio huiuſmodi hominem/ an in corpore/ an extra corpus/ neſcio/ deus nouit/raptum fuiſſe in paradiſum/ et audiſſe arcana verba/ que fas non ſit homini loqui. Super huiuſmodi homine gloriabor de meipſo vero non gloriabor/ niſi ſuper infirmitatibus meis. Nam ſi voluero gloriari non ero inſipiens/ veritatem enim dicam/ ſed parco vobis/ ne quis de me cogitet/ ſupra id quod videt eſſe me/ aut quod audit ex me. Et ne excellentia reuelationum ſupra modum efferrer / datus fuit mihi ſtimulus per carnem/ nuntius ſatane vt me colaphis cederet/ ne ſupra mo-

At ſi dicat Quid facerem/ didiceram a dño preceptum vt alicubi perſecutionū ſeuitiam declinaremus. Dictabat animus nondum adeſſe tempus obeundi martyrij/ ſed magis predicandi latius euangelij ſed vrgebat vndiq; tyrannus

Hunc ſtimulum carnis nonnulli interpretantur motus et affectus libidinis/ quod mirandum eſt vlli docto Theologo placere/ quidam aduerſam corporis valetudinem/ vt dolorem capitis/ alij putant ipſum apoſtolum morbo iliaco fuiſſe obnoxium. Ambroſius tamen id indicat quod vero proximum eſt/ qui ſtimulum hunc putat aſſiduam inſectationem malorum hominum/ qua factum eſt vt animo non poſſet extolli.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

dum efferrer. Super hoc ter dominum rogaui/ vt diſcederet a me/ et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea/ nam virtus mea per infirmitatem perficitur Libentiſſime igitur gloriabor potius ſuper infirmitatibus meis/ vt inhabitet in me virtus Chriſti. Quamobrem placeo mihi in infirmitatibus/ in contumeliis/in neceſſitatibꝰ/in perſecutionibus/in anxietatibus pro Chriſto Cum enim infirmus ſum/ tunc robuſtus ſum. Factus ſum inſipiens gloriando. Vos me coegiſtis/ nam ego debueram a vobis commendari. Nulla enim in re inferior fui ſummis apoſtolis/ tametſi nihil ſum. Signa quidem apoſtoli peracta fuerunt inter vos cum omni patientia/et ſignis et prodigiis et potentibus factis. Nam quid eſt in quo fuiſtis inferiores ceteris eccleſiis/ niſi ꝙ ipſe ego non fuerim vobis oneroſus? Condonate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio propenſus animo ſum/ vt veniam ad vos/ nec ero vobis oneroſus. Non enim quero que veſtra ſunt ſed vos. Non enim debent filiĳ parentibus recondere/ ſed filiis parentes. Ego vero libentiſſime impendam/ et expendar pro animabus veſtris/ licet vberius vos diligens

Ac ſi dicat. Quando quicquid valui/ veſtro bono valui/veſtre partes erant predicare de me que nũc indecore cogor de meipſo predicare/ atqꝫ ſic lucrifacere opinionem ſtulticie.

Condonate mihi hanc iniuriam. Eſt autem Ironia exprobrantis et ideo hoc non eſt a Paulo ſimpliciter dictũ. Cur enim poſtulat ſibi ignoſci/ in quo profuerit?

2 Cor 13.

minus diligar. Sed eſto/ ipſe non grauaui vos/ verum cum eſſem aſtutus/ dolo vos cepi. Num per quenqꝫ eorum quos miſi ad vos/ expilaui vos? Rogaui Titum/ et vna cum illo miſi fratrem. Nunquid a vobis extorſit Titus? An non eodem ſpiritu ambulauimꝰ/ an non iiſdem veſtigiis? Rurſum arbitramini ꝙ nos vobis excuſemus? In cōſpectu dei/ in Chriſto loquimur/ ſed omnia chariſſimi pro veſtri edificatione. Nam metuo ne qua fiat/ vt ſi venero non quales velim/ reperiam vos/ et ego reperiar vobis qualem nolitis/ ne quo modo ſint contentiones/ emulationes/ ire/ concertationes/ obtrectationes/ ſuſurri/ tumores/ ſeditiones/ ne iterum vbi venero/ humilem faciat me deus meus apud vos/ et lugeam multos eorū qui ante peccauerunt/ nec eos penituit immūditie libidiniſqꝫ et impudicitie quam patrarunt.

Ex perſona contradicentis ſic fortaſſe arguit. Concedatur ita eſſe/ ꝙ neminem ipſe grauaueris/ ſed cum ſis aſtutus et vafer/ per alios ſubornatos nuntios nos expilaſti. Iccirco oſtendit ſe neqꝫ per Titum neqꝫ per alium quecūqꝫ aliquid ab eis extorſiſſe.

Caput Decimum tertium.

Hec tertius erit aduentus meus ad vos. In ore duorum teſtium aut trium cōſtituetur omne verbum. Prediri et predico/ vt preſens cum eſſem iterum/ ita et abſens nunc ſcribo iis qui ante peccauerunt/ et reliquis omnibꝰ

In ore duorum aut trium ꝛc. hoc eſt/ Quiſquis delatus fuerit is duorū aut trium hominum teſtimonio/ vel abſoluetur vel damnabitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Experimentum vocat probationem ac documentum/ quo volebant Corinthĳ temere facere periculum an precepta Pauli eſſent ab humano ſpiritu/ vel a dei ſpiritu profecta.

ꝙ ſi vẽnero denuo/ non parcam. Quandoquidem experimentum queritis in me loquentis Chriſti/ qui erga vos non eſt infirmus/ſed potens eſt in vobis Nam q̃zuis crucifixus fuit ex infirmitate/ viuit tamen ex virtute dei. Siquidem et nos infirmi ſumus/ſumus in illo/ ſed viuemus cum illo ex virtute dei erga vos. Voſipſos tentate/ num ſitis in fide. Voſipſos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos/ ꝙ Jeſus Chriſtus in vobis eſt? Niſi ſicubi reprobi eſtis. At ſpero vos cogniturosꝭ ꝙ nos non ſimus reprobi. Opto autem apud deum/ ne quid mali faciatis/ non quo nos probati appareamus/ ſed vt vos quod honeſtum eſt faciatis/ nos vero veluti reprobi ſimus.

Studioſa eſt hic bonorum operũ commendatio/ quando primum hortatur ad id faciendum quod honeſtum eſt/ deinde cum dicit. Non enim poſſumus quicq̃z aduerſus veritatem/ id eſt/ aduerſus innocentiam/ que vite veritas eſt/ ſed pro veritate/id eſt/pro defenſione innocentie.

Non enim poſſumus quicq̃z aduerſus veritatem/ ſed pro veritate. Gaudemus enim/ cum nos infirmi fuerimus/ vos autem validi fueritis. Hoc autem inſuper optamus/ veſtram integritatem. Propterea hec abſens ſcribo/ ne cũm preſens fuero/ rigidus ſim iuxta poteſtatem/ quam dedit mihi dominus in extructionem/ et non in deſtructionem. Qđ ſupereſt fratres/ valete/ integri eſtote/ conſolationem habete/ vnanimes ſitis/ in

pace agite/ et deus charitatis ac pacis erit vobiſcum. Salutate vos mutuo

ſancto oſculo. Salutant vos ſancti omnes. Gratia domini

noſtri Jeſu Chriſti/ et charitas dei/ et cõmunicatio

ſpiritus ſancti ſit cum omnibus vobis.

AMEN.

Poſterioris epiſtole ad Corinthios Finis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

☞ In epiſtolam ad Galatas argumentum per Eraſmum Roterodamum.

Galate Greci ſunt/ ſed ex Gallis oriundi/ vnde iuxta diuum Hieronymum/ originis ingeniū ingenij tarditate referebant. Quandoquidē et Hilarius Gallus ipſe in hymnorū carmine Gallos indociles vocat. Et Paulus illos obiurgans ſtultos apellat. Ad quorum ingenium ſuum attemperans ſermonem/ acerbius illos caſtigat q̄ꝫ vllos in ceteris epiſtolis/ et reprehendit magis q̄ꝫ docet/ vt quibus ratio ſuadere non poterat/ reuocaret autoritas. Agit in hac epiſtola quod nuſq̄ꝫ non agit/ vt a legis Moſaice ſeruitute inuitet ad euangelij gratiam. Quod idem agit in epiſtola ad Romanos/ nam vtriſqꝫ idem error acciderat/ ſed diuerſa ratione. Nam Romani primum in Judaiſmū inducti/ poſtea reſipuerunt. Galate recte ab apoſtolo inſtituti/ pſeudapoſtolorum opera in Judaiſmum retracti fuerunt. Qđ Romani perperam inſtituti ſunt/ ſimplicitatis erat/ ꝙ mox admoniti reſipuerunt/ prudentie. Contra/ ꝙ Galate Chriſtū amplexi ſunt/ facilitatis erat/ ꝙ protinus in Judaiſmum relapſi/ leuitatis atqꝫ ſtultitie. Ad hos igitur ſubierant pſeudapoſtoli/ velut a Petro et Jacobo ſummatibus apoſtolis miſſi/ et Pauli autoritatem calumniis eleuabant/ negantes illi fidem habendam/ qui ſibi non conſtaret/ nunc legis vtens ceremoniis/ ſuſceptis votis/ raſoqꝫ capite et circunciſo Thimotheo/ nunc cum ethnicis legem negligens ac damnans/ potius audiendos/ qui apud Petrum et Jacobum verſati fuiſſent/ quiqꝫ dominum Jeſum vidiſſent/ cum Paulus nec vidiſſet Chriſtum/ et diſcipulorum duntaxat diſcipulus eſſet/ non Chriſti. Proinde Paulus vehementi et acri oratione (neqꝫ enim eſt vlla epiſtola concitatior) salubriqꝫ auſteritate/ et clementi ſeuitia/ ſimul et Galatarum errori medetur/ et ſuam aſſerit autoritatem/ et pſeudapoſtolorum fraudulentiam aperit. In ipſo ſtatim epiſtole limine teſtatur ſeſe vel ſummis apoſtolis parem/ aut etiam ſuperiorem in hoc/ ꝙ euangelij predicandi autoritatem a Chriſto iam immortali celitus accepiſſet/ atqꝫ hoc autore fretum/ in Arabia et Damaſci aliquandiu predicaſſe Chriſtum/ priuſq̄ꝫ cum quoq̄ꝫ apoſtolorum contuliſſet/ deinde Hieroſolymis vidiſſe quidem Petrū et Jacobum diebus perpaucis/ neqꝫ quicq̄ꝫ tamen ab illis adiutum eſſe/ ſub hec in Syria et Cilicia quatuordecim annis Chriſti preconem egiſſe/ donec admonitus diuinitus/ Hieroſolymam reuerſus vna cum Barnaba ac Tito cum primariis apoſtolis contulit euangelium ſuum/ non ꝙ de tot annorum predicatione iam veniſſet in dubium/ ſed vt eorum comprobatione/ quorum ſumma erat apud omnes autoritas/ magis cōfirmarentur ceteri/ ſed ita contuliſſe cum Petro vt ab illo nihil acceſſerit/ quod ad euangelij rem attineret/ et adeo non fuiſſe ſe cōpulſum a Petro vt gentibus legis onus imponeret/ vt Antiochie Petrū cibis cōmunibus veſcentē (vbi ſe metu ſuperuenientium Judeorum/ e conuiuio ſubduceret) palam in os reprehenderit/ docens ex fide contingere ſalutem euangelicam/ non ex obſeruatione legis iam antiquate. Jd veluti Petro dici ceptum latius proſequitur/ verſus ad Galatas: demonſtrans legem Moſaicam ad tempus modo fuiſſe datam/ et ad vnum Chriſtū illa ſpectaſſe omnia: in illa fuiſſe carnem/ in euangelio ſpiritum/ in illa vmbras/ in euangelio lucem/ in illa imagines/ in euangelio veritatem/ in illa ſeruitutem/ in euangelio libertatem Dementie vero eſſe/ guſtatis potioribus/ vltro recidere ad deteriora. Hec agit capite primo ſecūdo/ tertio/ quarto. Deinde grauiter interminatus eis/ ne circumciſione recepta/ turpiter ſe dedant in ſeruitutem legis. Oſtendit Chriſtianam libertatem non eſſe peccandi licentiam/ ſed vltroneam functionem officiorum pietatis/ que charitate dictante/ nō lege iubente preſtantur. Poſtremo hortatur ad Chriſtianam concordiam/ ad ſubleuandos infirmiores aut lapſos/ ad benemerendū de his qui nos fidem edocuerunt. Huiuſmodi factis/ quoniam ſpiritus ſunt/ eterna deberi premia/ cum ceremoniis temporariis temporaria ſit gloria/ obiter in odium vocans pſeudapoſtolos/ qui non ob aliud ſtudebant circumcidi Galatas/ niſi vt ſuper hoc gloriarentur/ velut autores huius facinoris. Cui morbo affines ſunt/ qui hodie nouos cultus/ et prodigioſe inſignes reperiunt/ vt dicatur hoc hominum genus ille inſtituit. Hanc epiſtolam vt apparet/ Paulus/ quo ſingularem erga Galatas affectum teſtaretur/ totam ſua manu ſcripſit / cum in aliis ſoleat duntaxat ſubſcribere. Noſtra argumenta ſcriptam teſtantur ab Epheſo ciuitate/ Grecorum inſcriptiones ab vrbe Roma.

Hic vide lector quid ſit Chriſtiana libertas. Quidue Chriſtiane libertatis officium.

¶ Non te moueat lector/ ꝙ in ſequentibus quaternionibus ſubito mutatur ordo literarū quia ſequētia prius/ et precedentia poſterius edita ſunt/ hoc ita flagitante interpretis et auditorum commoditate.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Ad Galatas Caput primum.

PAulus apoſtolus/ non ab hominibus/ neq; per hominem/ ſed per Jeſum Chriſtum / ac deum patrem/ qui ſuſcitauit illum ex mortuis/ quiq; mecum ſunt omnes fratres/ eccleſijs Galatie. Gratia vobis et pax a deo patre/ et domino noſtro Jeſu Chriſto/ qui dedit ſeipſum pro peccatis noſtris/ vt eriperet nos ex preſenti ſeculo malo/ iuxta voluntatem dei et patris noſtri/ cui gloria in ſecula ſeculorũ Amen. Miror/ ꝙ a Chriſto (qui vocauit vos per gratiam) adeo cito tranſferamini in aliud euangelium/quod non eſt aliud/ niſi ꝙ quidam ſunt/ qui turbant vos/ et volunt inuertere euangelium Chriſti. Ceterum etiamſi nos aut angelus e celo predicauerit vobis euangelium preter id quod predicauimus vobis anathema ſit. Quemadmodum ante diximus/ et nunc iterum dico/ ſi quis vobis predicauerit euangelium preter id quod accepiſtis/ anathema ſit. Nunc enim vtrum hominibus ſuadeo/ an deo? aut quero hominibus placere? nam ſi hactenus hominibus placuiſſem Chriſti ſeruus haud quaq; eſſem. Notum aũt vobis facio fratres/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

euangelium quod predicatum eſt a me / non eſſe ſecundum hominē. neqꝫ enim
ego ab homine accepi illud/ neqꝫ didici/ ſed per reualationem Jeſu Chriſti.
Audiſtis enim meam conuerſationem quondam in iudaiſmo/ ꝙ ſupra mo⸗
dum perſequebar eccleſiam dei / ac depopulabar illam / et proficiebam in
iudaiſmo ſupra multos equales in genere meo/ cum vehementer eſſem ſtudio⸗
ſus a maioribus meis traditorum inſtitutorum. Aſt vbi deo (qui ſegregaue⸗
rat me ab vtero matris mee/ et vocauit per gratiam ſuam in hoc/ vt reuela
ret filium ſuum per me) viſum eſt vt predicarem ipſum inter gentes/ conti⸗
nuo non contuli cum carne et ſanguine/ neqꝫ redij Hieruſolymam ad eos qui
ante me fuerant apoſtoli/ ſed abij in Arabiam/ ac denuo reuerſus ſum Da⸗
maſcum. Deinde poſt annos tres redij Hieruſolymam/ vt viderem Petrū/
et manſi apud illum dies quindecim. Alium autem ex apoſtolis non vidi
quemqꝫ/niſi Jacobū fratrem domini. Porro que ſcribo vobis/ ecce coram
deo /non mentior. Deinde veni in regiones Syrie Ciliciequ. Eram autem
ignotus iuxta faciem eccleſijs Judee/ que erant in Chriſto. Sed tantum hic

Gal. 2.

rumoꝛ apud illos erat/qui perſequebatur nos aliquando/nunc pꝛedicat fidem quam quondam expugnabat/et gloꝛificabant in me deū. Caput ſecūdum.

Deinde poſt annos quatuoꝛdecim rurſum aſcendi Hieruſolymā vna cum Barnaba/ aſſūpto ſimul et Tito. Aſcendi autem iuxta reuelationem/ et contuli cum illis euangeliū/ quod pꝛedico inter gentes/ſed pꝛiuatim cum his qui erāt in pꝛetio/ne quo modo in vanum currerem/aut cucurriſſem. Sed neq; Titus qui mecum erat/ cum eſſet grecus/ compulſus fuit circumcidi/ propter obiter ingreſſos falſos fratres/qui ſubintroierant ad exploꝛandū libertatem noſtram quam habemus in Chꝛiſto Jeſu/ quo nos in ſeruitutem adigerent. quibus ne ad tempus quidem ceſſimus per ſubiectionē/vt veritas euāgelij per maneret apud vos. Ab his aūt qui videbantur aliquid eſſe/ quales aliquādo fuerint/nihil mea refert. Perſonā hominis deus non accipit. Nam mihi qui videbātur eſſe in pꝛetio/nihil contulerūt. Jmo contra/ cum vidiſſent mihi concreditū fuiſſe euangeliū pꝛeputij/ quēadmodum Petro circumciſionis (Nam qui efficax fuit in Petro ad apoſtolatum circumciſionis/ efficax fuit et in me

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

erga gentes) Cumq; cognouiſſent gratiam mihi datam Jacobus et Cephas

et Joannes/ qui videbantur eſſe columne/ dextras dederunt mihi ac Bar-

nabe ſocietatis/ vt nos in gentes/ ipſi vero in circũciſionem apoſtolatu funge-

remur/ tantum vt pauperum memores eſſemus/ in quo et diligens fui/ vt hoc

ipſum facerem. Cum aũt veniſſet Petrus Antiochiã/ palam illi reſtiti/ eo ꝙ re-

prehenſus eſſet. Nam anteq̃; veniſſent quidam a Jacobo/ vna cum gentibus

ſumebat cibum/ cum aũt veniſſent/ ſubduxit ac ſeparauit ſe ab illis/ metuens

eos qui erant ex circũciſione/ ac ſimulabant vna cum illo ceteri quoq; Judei/

adeo vt Barnabas ſimul abduceretur in illorum ſimulationẽ/ verum vbi vidiſ-

ſem ꝙ non recto pede incederent ad veritatem euãgelij/ dixi Petro corã om-

nibus. Si tu/ cum ſis Judeus/ gẽtiliter viuis/ ac nõ iudaice/ cur gentes cogis

Judaizare? nos natura Judei et non ex gentibus peccatores/ quoniã ſcimus

non iuſtificari hominem ex operibus legis/ niſi per fidem Jeſu Chriſti/ et

nos in Jeſũ Chriſtum credimus/ vt iuſtificaremur ex fide Chriſti/ et nõ ex ope-

ribus legis/ propterea ꝙ non iuſtificabitur ex operibus legis omnis caro/ ꝙ ſi

dum querimus iuſtificari per Chriſtū reperimur et ipſi peccatores/ num ergo Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Nam ſi que deſtruxi ea rurſum edifico tranſgreſſorem meipſum conſtituo. Ego enim per legem legi mortuus fui/ vt Chriſto viuerem/ vna cum Chriſto crucifixus ſum. Viuo tamen/ non iam ego ſed viuit in me Chriſtus. Vitam aūt/ quam nūc viuo in carne/ per fidem viuo filij dei qui diligit me/ et tradidit ſemetipſum pro me. Non aſpernor gratiam dei. Nam ſi per legem eſt iuſtitia/ igitur Chriſtus fruſtra mortuus eſt.

Caput. Tertium.

O Stulti Galate/ quis vos faſcinauit/ vt non crederetis veritati? quibus pre oculis Jeſus Chriſtus ante fuit depictus/ inter vos crucifixus. Hoc ſolum cupio diſcere a vobis/ vtrum ex operibus legis ſpiritum accepiſtis/ an ex predicatione fidei? Adeo ſtulti eſtis/ cum ſpiritum ceperitis/ nunc carne conſumamini? Tam multa paſſi eſtis fruſtra/ ſi tamen et fruſtra. Qui igitur ſubminiſtrat vobis ſpiritum/ et operatur virtutes in vobis/ Vtrum ex operibus legis/ an ex predicatione fidei id facit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

quéadmodum Abraham credidit deo/ et imputatum eſt illi ad iuſtitiã? Scitis igitur/ ꝙ qui ex fide ſunt/ hi ſunt filij Abrahe. Preuidens autem ſcriptura ꝙ ex fide iuſtificet gentes deus/ prius rem letam nuntiauit Abrahe/ Benedicentur/ inquiens/ in te omnes gentes. Itaq; qui ex fide ſunt/ benedicuntur cum fideli Abraham. Nam quotquot ex operibus legis ſunt/ execrationi ſunt obnoxij. Scriptum eſt enim/ Execrabilis omnis/ qui non mãſerit in omnibus que ſcripta ſunt in libro legis/ vt faciat ea. Nõ autem in lege nullus iuſtificetur apud deum palam eſt. Siquidem iuſtus ex fide viuet/ lex aũt non eſt ex fide/ ſed qui fecerit ea homo/ viuet in ipſis. Chriſtus vos redemit ab execracione legis/ dum pro vobis factus eſt execratio. Scriptũ eſt enim/ Execrabilis omnis qui pẽdet in ligno/ vt in gẽtes benedictio Abrahe veniret per Chriſtum Ieſũ/ vt promiſſionem ſpiritus acciperemus per fidem. Fratres/ ſecũdum hominem dico. Hominis licet teſtamentũ/ tamen ſi ſit cõprobatum nemo reijcit aut addit aliquid. Porro Abrahe dicte ſunt promiſſiones/ et ſemini eius. Nõ dicit et ſeminibus/ tanq̃ de multis/ ſed tanq̃ de vno/ et in ſemine tuo qui eſt Chriſt⁹

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Hoc autem dico/ teſtamentum ante cõprobatum a deo erga Chriſtum/ lex que poſt annos quadringẽtos et triginta cepit/ non facit irritum/ vt abroget promiſſionem. Nam ſi ex lege eſt hereditas/ non iam eſt ex promiſſione. Atqui A Abrahe per promiſſionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgreſſiones addita fuit/ donec veniret ſemen/ cui promiſſum fuerat/ ordinata per angelos in manu interceſſoris. Interceſſor autem vnius non eſt/ at deus vnus eſt. Lex igitur num eſt aduerſus promiſſiones dei? abſit. Etenim ſi data fuiſſet lex que poſſit viuificare/ vere ex lege eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccatũ/ vt promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus. Ceterum anteq̃ʒ veniſſet fides/ ſub lege cuſtodiebamur/ concluſi in eam fidem que erat reuelãda. Itaqʒ lex pedagogus noſter fuit ad Chriſtũ/ vt ex fide iuſtificaremur. At poſtq̃ʒ venit fides/ non amplius ſub pedagogo ſumus. Omnes enim filij dei eſtis/ eo ꝙ credidiſtis Chriſto Jeſu. Nam quicũqʒ batizati eſtis/ Chriſtũ induiſtis. Non eſt Judeus/ neqʒ Grecus/ non eſt ſeruus/ neqʒ liber/ non eſt maſculus ac femina. Oẽs enim vos vnus eſtis in Chriſto Jeſu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Quod ſi vos eſtis Chriſti/ igitur Abrahe ſemen eſtis/ et iuxta promiſſionem heredes.

Caput quartum.

Dico autem q̃ʒ diu heres puer eſt/ nihil differt a ſeruo/ cum ſit dominus omnium/ ſed ſub tutoribus et actoribus eſt vſqʒ ad tempus quod pater preſcripſerit. Sic et nos cum eſſemus pueri/ ſub elementis mundi eramus/ in ſeruitutem adacti. At vbi venit plenitudo temporis/ emiſit deus filium ſuum/ factum ex muliere/ factum legi obnoxiũ/ vt eos qui legi erant obnoxiũ redimeret/ vt adoptione ius filiorum acciperemus. Quoniam autem eſtis filij/ emiſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantem / abba/ pater. Itaqʒ iam non es ſeruus / ſed filius / q̄ ſi filius / et heres dei per Chriſtum. Sed tum quidem cum ignoraretis deum/ ſeruiebatis ijs/ qui natura non ſunt dij. At nunc poſteaqʒ cognouiſtis deum/ quin potius cogniti eſtis a deo/ quomodo conuertimini denuo ad infirma et egena elementa/ quibus iterum ab integro ſeruire vultis? Dies obſeruatis/ et menſes/ et tempora/ et annos. Metuo de vobis/ ne fruſtra laborauerim erga vos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Doctrina quarti capituli ad gall:

Eſtote vt ego ſum/ quandoquidem et ego ſum vt vos/ fratres/ rogo vos. Nihil me leſiſtis. Noſtis q̄ per infirmitatem carnis euangelizauerim vobis p̄rius/ et experimentum mei/ quod erat in carne non eſtis aſpernati/ neq̄ reſpuiſtis/ ſed me velut angelum dei ſuſcepiſtis velut Chriſtum Jeſum. Que eſt igitur beatitudo veſtra? Teſtimonium enim reddo vobis/ q̄ ſi fieri potuiſſet oculos veſtros effoſſos dediſſetis mihi. Igitur inimicus factus ſum vobis/ vera loquendo vobis? Ambiunt vos non bene/ imo excludere vos volunt/ vt ipſos emulemini. Bonum autem eſt emulari in re bona ſemper/ et non ſolum cum preſens ſum apud vos. Filioli mei/ quos iterū parturio/ donec formetur Chriſtus in vobis/ vellem autem adeſſe apud vos nūc/ et mutare vocem meam/ quoniam conſilij inops ſum in vobis. Dicite mihi/ qui ſub lege vultis eſſe/ legem ipſam non auditis? Scriptum eſt enim/ q̄ Abraham duos filios habebat/ vnum ex ancilla/ et vnum ex libera. Uerum is qui ex ancilla natus eſt/ ſecundum carnem natus eſt/ qui vero ex libera/ per repromiſſionem/ que per allegoriam dicuntur. Nam hec ſunt duo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

teſtamenta/ vnum quidem a monte Sina/ in ſeruitutem generans/ qui eſt

Agar/ nam Agar Sina mons eſt in Arabia/ confinis eſt autem ei que nunc

vocatur Hieruſalem/ ſeruit autem cum filijs ſuis. At que ſurſum eſt Hieru⸗

ſalem/ libera eſt/ que eſt mater omnium noſtrum. Scriptum eſt enim. Leta⸗

re ſterilis/ que non paris/ erumpe et clama/ que non parturis/ quoniam

multe liberi deſerte/ magis q̃ȝ eius que habet virum. Nos autem fratres

ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus/ ſed quemadmodum tunc is qui ſe⸗

cundum carnem natus erat/ perſequebatur eum qui natus erat ſecundum

ſpiritum/ ita et nunc. At quid dicit ſcriptura? Ejice ancillam et filiũ illius

non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaqȝ fratres/ non ſumus

ancille filij/ ſed libere.

Caput Quintum.

IN libertate igitur qua Chriſtus nos liberauit ſtate/ et ne rurſus

iugo ſeruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico vobis/ ꝙ ſi circumcida⸗

mini. Chriſtus nihil vobis proderit. Conteſtor autem omnem hominem qui

circumciditur/ ꝙ debitor eſt totius legis ſeruande. Chriſtus vobis factus eſt

ociosus/ quicunqȝ per legem iuſtificamini/ a gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitie expectam⁹/ nam in Chriſto Jeſu/ neqȝ circumciſio quicqȝ valet/ neqȝ preputium/ ſed fides per dilectionem operans. Currebatis bene/ quis vos impediuit/ vt non crederetis veritati? Nempe perſuaſio/ non ex eo profecta qui vocat vos. Paulum fermenti totam conſperſionem fermentat. Ego confido de vobis in domino/ ꝙ nihil aliud ſenſuri ſitis. Ceterum qui conturbat vos/ portabit iudicium/ quiſquis fuerit. Ego autem fratres/ ſi circumciſionem adhuc predico/ quid adhuc perſecutionem patior? Abolitum eſt igitur offendiculum crucis. Utinam et abſcindantur qui vos labefactant. Uos enim in libertatem vocati fuiſtis fratres/ tantum ne libertatem in occaſionem detis carni/ ſed per charitatem ſeruite vobis inuicem. Nam tota lex in vno verbo completur/ nempe hoc. Diliges proximum tuum vt teipſum. Qd ſi alius alium viciſſim mordetis et deuoratis/ videte ne viciſſim alius ab alio conſumamini. Dico aūt/ ſpiritu ambulate/ et concupiſcentiam carnis non perficietis. Nam caro concupiſcit

Igitur nō ſola fides ad ſalutem ſufficit/ nec queuis etiam fides/ ſed ea tantum que charitatem (bonorū operum effectricem) comitem habet.

Nam libertas vere chriſtiana non eſt licentia vite/aut peccādi arbitriū/Sed ſpontanea functio bonorum operum/ charitate impellente / non lege cogente.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Periculoſa res/ excludere ſpiritum dei/ peccandi conſuetudine Unde fit vt voluntas rõnis/ a volũtate ſenſualitatis frequenter ſuperata/ nõ preſtet ea que preſtanda iudicat.

aduerſus ſpiritum/ ſpiritus aũt aduerſus carnem. Hec aũt inter ſe mutuo aduerſantur/ vt non quecũqꝫ volueritis/ eadem faciatis. Qđ ſi ſpiritu ducimini/ non eſtis ſub lege. Porro manifeſta ſunt opera carnis/ que ſunt hec/ adulterium/ ſcortatio/ immunditia/ laſciuia/ ſimulacrorum cultus/ veneficium/ inimicitie/ lis/ emulationes/ ire/ cõcertationes/ ſeditiones/ ſecte/ inuidie/ cedes/ ebrietates/ cõmeſſationes/ et his ſimilia/ de quibus predico vobis quemadmodum et predixi/ ꝙ qui talia agunt/ regni dei heredes non erunt.

His dotibus ſpirituſſancti (que nos eterna vita dignos reddunt) nobis incumbendũ eſt/ ne carnis vitijs ſeruientes/ excludamur ab hereditate regni dei

Contra/ fructus ſpiritus eſt/ charitas/ gaudium/ pax/ lenitas/ benignitas/ bonitas/ fides/ manſuetudo/ temperantia. Aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex. Qui vero ſunt Chriſti/ carnem crucifixerũt cum affectibus et concupiſcẽtijs Si viuimus ſpiritu/ ſpiritu et incedamus. Ne efficiamur inanis glorie cupidi inuicem nos prouocantes/ inuicem inuidentes.

Caput Sextum.

FRatres/ etiam ſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto/ vos qui ſpirituales eſtis/ inſtaurate huiuſmodi ſpiritu manſuetudinis/ conſiderans temetipſum ne et tu tenteris. Inuicem alij aliorum onera portate/ et ſic

complete legem Chriſti. Nam ſi quis ſibi videtur aliquid eſſe/ cum nihil ſit ſuum ipſe fallit animũ. Opus aũt ſuum probet vnuſquiſqȝ/ et tunc in ſemetipſo tãtum gloriationem habebit/ et nõ in alio. Vnuſquiſqȝ enim propriam ſarcinam baiulabit. Cõmunicet autem qui catechizatur ſermone ei/ qui ſe catechizat in omnibus bonis. Ne erretis/ deus non irridetur. Quicquid enim ſeminauerit homo/ hoc et metet. Nam qui ſeminat per carnem ſuam/ de carne metet corruptionem/ ſed qui ſeminat per ſpiritum/ de ſpiritu metet vitam eternam. Bonum aũt faciendo ne defatigemur. Tempore enim ſuo metemus non defatigati. Itaqȝ dum tempus habemus operemur bonum/ cum erga omnes/ tum vero maxime erga domeſticos fidei. Videtis quanta vobis epiſtola ſcripſerim mea manu. Quicũqȝ volunt iuxta faciem placere in carne/ hi cogunt vos circumcidi/ tantum ne ob crucem Chriſti perſecutionem patiantur. Nam qui circumciduntur/ ne ipſi quidem legem ſeruant/ ſed volunt vos circumcidi/ vt in veſtra carne glorientur. Ego vero/ abſit vt glorier/ niſi in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti/ per quem mihi mundus

Iſte locus aperte meminit premiorum bonorũ et malorum/ contra illorũ impiam ſententiam/ qui negant apud deum vllum eſſe meritorum reſpectum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

crucifixus eſt/ et ego mūdo. Nam in Chriſto Jeſu neq; circumciſio quicq;
valet/ neq; preputiū/ ſed noua creatura. Et quicūq; iuxta regulam hāc ince-
dūt/ pax ſuper eos/ et miſericordia/ et ſuper Iſraelem dei. De cetero ne quis
mihi moleſtias exhibeat. Ego enim ſtigmata domini Jeſu in corpore meo
porto. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti cū ſpiritu veſtro fratres/ Amen.

Finis epiſtole ad Galatas.

In epiſtolam ad Epheſios argumentum per Eraſmum Roterodamum

Epheſus metropolis quondam erat Aſie minoris/ ciuitas ſuperſtitioſe dedita cultui demonum et precipue Diane/ vnde et in actis/ Diane neocorus dicitur/non illius venatricis/ cui poete ſagittas et arma tribuunt/ſed multimammie(quam Greci polymaſton appellāt)quam volebant omnium animantiū eſſe nutricem/vt indicauit Hieronimus. Nam de templo Epheſie Diane/toto orbe celebratiſſimo/ paſſim etiam ethnici meminere ſcriptores Hos curioſarum artium tenebat ſtudiū Vnde legimus/ad predicationem apoſtolorum magicos libros ab eis cōportatos/igni traditos fuiſſe/ et ſupputato pretio/ compertū fuiſſe quinquagies mille nummum argenti/ ſicuti refertur in Actis capi. xix Vt igitur a tantis erroribus illos abduceret/ triennium apud illos egit/ nihil interim non faciens quod ad illorum ſalutem faciebat/magno ſtudio reclamantibus et obſtrepētibus multis/ ſicut ipſe teſtatur alicubi/ vbi et beſtijs obiectus eſt/ quemadmodum ipſe teſtatur in ſecunda ad Corinthios epiſtola. At diſcedens Timotheum apud eos remanere iuſſit. Abundabat autem ea ciuitas/ vt curioſis et magie deditis/ ita doctiſſimis viris/vnde Paulus (vt ad omnium mores et ingenia ſeſe attemperat) de demonibus ac ſpiritibus crebro meminit/ bonorum ac malorum differentiam indicans. Ad hec retruſa quedam aperit. Nec enim eſt vlla epiſtola/ que tam abditos habeat ſenſus/ vt ob hanc potiſſimum Petrus ſcripſiſſe videatur/ ſicut et chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis/ ſicut in omnibus epiſtolis loquens in eis de his/in quibus ſunt quedam difficilia intellectu/ que indocti et inſtabiles deprauant/ ſicut et ceteras ſcripturas/ ad ſuam ipſorum perditionem. Hos igitur quoniam in fide perſtiterant/ hortatur vt pergant/ et ad perfectionem proficiant commonefaciens cuiuſmodi fuerint cum vitijs addicti ſeruirent impijs ſpiritibus/et quales nunc facti ſint inſiti Chriſto/ docens interim euangelij gatiam cōſilio diuino/licet Iudeis promiſſam/ in gentes quoqȝ recte propagatam/ et huius muneris ſe miniſtrū a deo conſtitutum. Quoniam autem ſcripſit e carcere/hortatur ne deijciantur animo ob ipſius afflictiones/ verum eas potius ſibi glorie ducant. Hec agit capite primo et ſecundo/ In ceteris tribus/ vite formam illis preſcribit/ demonſtrans quid ſequendum/quid fugiendum/ que officia maritorum in vxores/vxorum in maritos/ que parentū in liberos/ liberorum in parentes/que dominorū in ſeruos/ſeruorum in dominos Scripta eſt epiſtola ab vrbe Roma per Tychicum diaconum/ cuius meminit in calce/ fidelem miniſtrum eum vocans. Ambroſius addit ſcriptam e carcere/ cum Hieroſolymis Romam deductus ſub fideiuſſore degeret extra caſtra in ſuo conductu.

Hac ſententia b. Petrus (tanquā futurorum preſcius) palam arguit huius ſeculi temeritatē/ que Pauli epiſtolas putat intellectu tam faciles/ vt nedum ab eruditis clericis verumetiam ab indoctis laicis facile intelligantur.

Epiſtole beati Pauli ad Epheſios Caput primum.

Paulus apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem dei/ ſanctis

qui agūt Epheſi/et fidelibꝰ in Chr̄o Jeſu. Gr̄a vobis et pax a deo patre

noſtro et domino Jeſu Chriſto. Benedictus deus et pater domini noſtri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Jeſu Chri/ qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in celeſtibꝰ Chriſ-

to. Quemadmodū elegit nos in ipſo/ anteq̃3 iacerentur fundamenta mundi/

vt eſſemus ſancti et irreprehenſibiles coram illo per charitatem/ qui predeſ-

tinauit nos/ vt adoptaret in filios per Jeſum Chriſtum in ſeſe/ iuxta be-

neplacitū voluntatis ſue/ vt laudetur gloria gratie ſue/ qua charos reddidit

nos per dilectum/ per quem habemus redemptionem per ſanguinem ipſius

remiſſionem peccatorum/ iuxta diuitias gratie ſue/ de qua vbertim nobis

impertiuit/ in omni ſapientia et prudentia/ patefacto nobis arcano volūta-

tis ſue/ iuxta beneplacitū ſuum quod propoſuerat in ſeipſo/ vſq3 ad diſpen-

ſationem plenitudinis temporum/ vt ſūmatim inſtauraret omnia per Chriſ-

tum/ et que in celis ſunt/ et que in terra per eundem/ per quem et in ſortem

aſciti ſumus/ predeſtinati ſecūdum propoſitum ipſius/ cuius vi fiunt vniuerſa

iuxta decretum voluntatis ipſius/ vt ſimus nos in laudem glorie illius/ qui

priores ſperauimus in Chriſto/ in quo ſperamus et nos/ audito verbo veri-

tatis/ euāgelio ſalutis veſtre/ in quo etiā poſteaq̃3 credidiſtis/ obſignati eſtis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſpiritu promiſſionis ſacro/ qui eſt arrabo hereditatis noſtre/ in redēptionem acquiſite poſſeſſionis/ in laudē glorie ipſius. Quapropter et ego/ cū audiſſem eam que in vobis eſt fidem in domino Jeſu/ et charitatem in omnes ſacros non deſino gratias agere pro vobis/ mentionem veſtri faciens in precibus meis/ vt deus domini noſtri Jeſu Chriſti/ pater glorie/ det vobis ſpiritū ſapientie et reuelationis/ per agnitionem ſui/ illuminatos oculos mentis veſtre/ vt ſciatis/ que ſit ſpes ad quam ille vocauit/ et q̄ȝ opulenta gloria hereditatis illius in ſanctis/ et que ſit excellens magnitudo potentie illius in nos/ qui credimus ſecundum efficatiam roboris fortitudinis eius/ quam exercuit in Chriſto/ cum ſuſcitaret eum ex mortuis/ et ſedere fecit ad dexteram ſuam in celeſtibus ſupra omnem principatum ac poteſtatem/ et virtutem et dominium/ et omne nomem quod nominatur/ non ſolum in ſeculo hoc verumetiam in futuro/ et omnia ſubiecit ſub pedes illius/ et eum dedit caput ſuper omnia ipſi eccleſie/ que eſt corpus illius/ complementum eius/ qui omnia in omnibus adimplet.

Caput Secundum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ET vos cum eſſetis mortui delictis ac peccatis/ in quibus aliquādo ambulaſtis/ iuxta ſeculum mundi huius/ iuxta principem/ cui poteſtas eſt aeris/ qui eſt ſpiritus/ nunc agens in filijs contumacibus inter quos et nos omnes conuerſabamur aliquando in concupiſcentijs carnis noſtre/ facientes que carni ac menti libebant/ et eramus natura filij ire/ quemadmodum et ceteri. Sed deus qui diues eſt in miſericordia/ propter multam charitatem ſuam/ qua dilexit nos etiam cum eſſemus mortui per delicta/ conuiuificauit nos vna cum Chriſto (per gratiam eſtis ſeruati) ſimulq; cum eo reſuſcitauit/ et ſimul cum eo ſedere fecit inter celeſtes in Chriſto Ieſu/ vt oſtēderet in ſeculis ſuperuenientibus eminentem opulentiā gratie ſue benignitatē erga nos per Chriſtū Ieſū. Gratia enim eſtis ſeruati per fidem idq; non ex vobis. Dei donum eſt/ non ex operibus/ ne quis glorietur/ nam ipſius ſumꝰ opus/ cōditi in Chriſto Ieſu ad opera bona quē preparauit deus/ vt in eis ambularemus. Quapropter mementote ꝙ vos quōdā gentes in carne/ vocabamini preputiū/ ab ea que vocatur circūciſio in carne/

que circumciſio manibus fit/ ꝙ inq̄ eratis in tempore illo/ ſine Chriſto abalienati a Republica Iſraelis/ et extranei a teſtamentis promiſſionis/ ſpem non habentes/ deoq; carentes in mūdo. Nunc autem per Chriſtum Ieſum vos/ qui quondā eratis longinqui/ propinqui facti eſtis per ſanguinē Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit ex vtriſq; vnum/ et interſtitium macerie diruit/ ſimultatem per carnem ſuam/ legem mandatorum in decretis ſitam abrogans/ vt duos conderet in ſemetipſo in vnum nouum hominē/ faciens pacem/ et vt reconciliaret ambos in vno corpore deo per crucem/ perempta inimicitia per eam/ et veniens euangelizauit pacem vobis/ qui procul aberatis et iis qui prope. Quoniam autem per illum habemus aditum vtriq; in vno ſpiritu ad patrem. Iam igitur non eſtis hoſpites et incole/ ſed conciues ſanctorum ac domeſtici dei ſuperſtructi ſuper fundamentum apoſtolorum ac prophetarum/ ſummo angulari lapide ipſo Ieſu Chriſto/ in quo quecunq; ſtructura coagmentatur/ ea creſcit in templum ſanctum in domino/ in quo et vos coedificamini in habitaculum dei per ſpiritum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Caput Tertium.

Huius rei gratia ego Paulus vinctus ſum Chriſti Jeſu/ pro vobis gentibus. Siquidem audiſtis diſpenſationem gratie dei/ que data eſt mihi in vos/ ꝙ ſecundum reuelationem notum mihi fecit myſterium/ quemadmodum ante ſcripſi paucis/ ex quibus poteſtis legentes intelligere cognitionem meam in myſterio Chriſti/ ꝙ in alijs etatibus non innotuit filijs hominū quemadmodum nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius et prophetis per ſpiritum/ vt ſint gentes coheredes/ & eiuſdem corporis/ conſorteſq; promiſſionis eius in Chriſto/ per euangelium/ cuius factus ſum miniſter ſecundum donum gratie dei/ quod datum eſt mihi ſecundum efficatiam potentie illius. Mihi minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hec/ vt inter gentes euangelizem inperueſtigabiles diuitias Chriſti/ et in lucem proferam omnibus que ſit cōmunio myſterij/ quod erat abſconditum a ſeculis in deo/ qui vniuerſa condidit per Jeſum Chriſtum/ vt notum fiat nunc principatibus ac poteſtatibus in celeſtibus per eccleſiam/ vehementer varia ſapientia dei

ſecundum prefinitionem ſeculorum/ quam fecit in Chriſto Jeſu dño noſtro/

Per quem habemus audatiam et aditum cum fiducia/ que eſt per fidem illius.

Quapropter peto/ ne deficiatis ob afflictiones meas quas pro vobis tolero

que eſt gloria veſtra Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini

noſtri Jeſu Chriſti/ ex quo omnis a cõmuni patre cognatio in celis et in terra

nominatur/ vt det vobis iuxta diuitias glorie ſue/ vt fortitudine corrobore-

mini per ſpiritum ſuum in internum hominem/ vt inhabitet Chriſtus per

fidem in cordibus veſtris/ fixis in charitate radicibus/ et fundamento iacto

vt valeatis aſſequi cum omnibus ſanctis/ que ſit latitudo/ et longitudo/ et

profunditas/ et ſublimitas/ cognoſcereq; preeminentem cognitionis dilecti-

onem Chriſti/ vt impleamini in omnem plenitudinẽ dei Ei vero qui poteſt

cumulate facere vltra omnia que petimus aut cogitamus/ iuxta vim agẽtem

in nobis/ ſit gloria in eccleſia per Chriſtum Jeſum in omnes etates ſeculi

ſeculorum/ Amen.

Caput Quartum.

Obſecro itaq; vos ego vinctus in dño/ vt ambuletis ita vt dignum

eſt vocatione qua vocati eſtis/ cum omni ſubmiſſione ac manſuetudine/ cum animi lenitate/ tolerantes vos inuicem per charitatem/ ſtudētes ſeruare vni- tatem ſpiritus per vinculum pacis Unum corpus et vnus ſpiritus/ quemad- modum et vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Unus dominus/ vna fides/ vnum baptiſma/ vnus deus et pater omnium qui eſt ſuper omnia/ et per omnia/ et in omnibus vobis Uerum vnicuiq3 noſtrum data eſt gratia iuxta menſuram donationis Chriſti. Quapropter dicit Cum aſcendiſſet in altum/ captiuam duxit captiuitatem/ et dedit dona hominibus Ceterum illud aſcendit quid eſt/ niſi ꝙ etiam deſcenderat prius in infimas partes ter- re? Qui deſcendit idem eſt ille/ qui etiam aſcendit ſupra omnes celos/ vt impleret omnia. Et idem dedit/ alios quidem apoſtolos/ alios vero prophe- tas/ alios autem euangeliſtas/ alios autem paſtores ac doctores/ ad inſtau- rationem ſanctorum in opus adminiſtrationis/ in edificationem corporis Chriſti/ donec perueniamus omnes in vnitatem fidei et agnitionis filij dei in virum perfectum/ in menſurā etatis plene adulte Chriſti/ vt non amplius

Hic locus oſtendit iuxta diuerſitatem donorum dei/ aperte in eccleſia Chriſti diſtinctos eſſe offitiorū et dignitatum gradus Cōtra illorum ſententiam/ qui ordinem publicum confundunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Ephes. 4.

ſimus pueri/ qui fluctuemus et circũferamur quouis vẽto doctrine/ per ver-
ſutiam hominum/ per aſtutiam/ qua nos adoriuntur vt imponãt nobis/ ſed
veritatem ſectantes in charitate/ adoleſcamus in illum per omnia/ qui eſt
caput/ nempe Chriſtus/ in quo totum corpus ſi coagmentetur et compinga-
tur per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis/ iuxta actum in menſura vni-
uſcuiuſq; partis/ in crementum corporis facit in edificationem ſuipſius per
charitatem Hoc itaq; dico/ et teſtor per dominum/ ne poſthac ambuletis
quemadmodum et relique gentes ambulant in vanitate mentis ſue/ dum
mentem habent obtenebratam/ abalienati a vita dei/ propter ignorantiam
que eſt in illis/ et execationem cordis eorum/ qui poſteaq̃ peruenerunt eo/
vt dolere deſierint/ ſemetipſos dediderunt laſciuie/ ad patrandum immun-
ditiam omnem cum auiditate Vos autem non ſic didiciſtis Chriſtum/
ſiquidem illum audiſtis/ et in eo docti fuiſtis/ quemadmomum eſt veritas in
Ieſu/ deponere iuxta priorem conuerſationem veterem hominem/ qui cor-
rumpitur iuxta concupiſcentias erroris/ renouati vero ſpiritu mentis veſtre/

Verboſas hereticorũ doctrinas et frau-
dulẽtas ad ſeducendum perſuaſiones/
ventos vocat/ ꝙ inſtabiles et nutabun-
de ſint.

et induere nouum hominē/ qui iuxta deum conditus eſt per iuſtitiam et ſanc‑titatem veritatis Quapropter depoſito mendatio/ loquamini veritatem quiſqꝫ proximo ſuo/ quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcemini/ et non peccetis/ ſol ne occidat ſuper iram veſtram/ neqꝫ detis locum calumniatori. Qui furabatur non amplius furetur/ magis autem laboret operando mani‑bus quod bonum eſt/ vt poſſit impertiri ei qui opus habuerit. Omnis

Si de omni verbo otioſo eſt reddenda ratio/ Mat. xij/ multomagis de ſer‑mone ſpurco/ impudico/ et maledico/ Vt enim decet mundum habere cor/ ita liguam oportet habere caſtam et pudicam.

ſermo ſpurcus ex ore veſtro ne procedat/ ſed ſi quis eſt bonus ad edificatio‑nem/ quoties opus eſt/ vt det gratiam audientibus/ et ne contriſtetis ſpiri‑tum ſanctum dei/ per quem obſignati eſtis in diem redemptionis Omnis amarulentia et tumor/ et ira/et vociferatio/ et maledicentia tollatur a vobis cum omni malitia Sitis autem inuicem alius in alium comes/ miſericordes/ largientes vobis inuicem/ quemadmodum et deus per Chriſtum largitus eſt vobis.

Caput Quintum.

SItis igitur imitatores dei tanqꝫ filij dilecti/ et ambuletis in dilec‑tione/ quemadmodum et Chriſtus dilexit nos/ et tradidit ſemetipſum pro

nobis oblationem ac victimam deo in odorem bone fragrantie Ceterum

ſcortatio/ et omnis immunditia/ aut auaritia ne nominetur quidem inter

vos/ ſicut decet ſanctos/ aut obſcenitas/ aut ſtultiloquium/ aut vrbani-

tas/ que non conueniunt/ ſed magis gratiarum actio Nam hoc ſcitis/ q̄

omnis ſcortator/ aut immundus/ aut auarus/ qui eſt ſimulacrorum cultor/

non habet hereditatem in regno Chriſti et dei Ne quiſq̄ȝ vos decipiat

inanibus ſermonibus. Propter hec enim venire ſolet ira dei in filios inobe-

dientes Ne ſitis igitur conſortes illorum Eratis enim quondam tenebre

nunc autem lux in dn̄o/ vt filij lucis ambulate (nam fructus ſpiritus ſitus eſt

in omni bonitate/ et iuſtitia/ et veritate) probantes/ quid ſit acceptum

domino/ et ne commertiū habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum/

quin ea potius etiam arguite Nam que ſecreto fiunt ab iſtis/ turpe eſt vel

dicere Sed omnia dum produntur a luce/ manifeſta fiunt Nam quicquid

manifeſtum redditur/ lumen eſt Quapropter dicit/ Expergiſcere qui dor-

mis/ et ſurge a mortuis/ et illuceſcet tibi Chriſtꝰ Videte igitur quomodo

Si circumſpecte ambulandum eſt/hoc eſt viuendum/ ergo ad ſalutem conſe-quendam non ſatis eſt credere tantum ſed magnopere conducit facere volūta-tem dei in bonis operibus/ quibus pro mittitur regni dei hereditas.

circūſpecte ambuletis/ non vt inſipientes/ ſed vt ſapientes/ redimētes occaſi-
onem/ ꝙ dies mali ſint. Propterea ne ſitis imprudentes/ ſed intelligētes que
ſit volūtas domini Et ne inebriamini vino in quo luxus eſt/ ſed impleamini
ſpiritu/loquentes vobiſmetipſis per pſalmos/ et hymnos/ et cantiones ſpiri
tuales/ canentes ac pſallentes in corde veſtro dn̄o/ gratias agentes ſemper de
omnib9/ in nomine domini noſtri Jeſu Chr̄i/deo et patri Subditi viciſſim
alius alij cum timore dei Vxores proprijs viris ſubdite ſitis/ veluti domino
quoniā vir eſt caput vxoris/ quemadmodū et Chriſtus eſt caput eccleſie/ ei
idem eſt qui ſalutem dat corpori Itaqꝫ quemadmodum eccleſia ſubdita eſt
Chr̄o/ ſic et vxores ſuis viris ſubdite ſint in omnib9 Viri/ diligite vxores
veſtras/ ſicut et Chriſt9 dilexit eccleſiam/ et ſemetipſum expoſuit pro ea/ vt
illam ſanctificaret/ mūdatam lauacro aque per verbū/ vt adhiberet eam ſibi-
ipſi glorioſam eccleſiā/ non habētem maculā aut rugam/ aut quicqꝫ eiuſmodi/
ſed vt eſſet ſācta et irreprehenſibilis Sic debēt viri diligere ſuas vxores/ vt
ſua ipſorum corpora Qui diligit ſuam vxorem ſeipſū diligit Nullus enim vnqꝫ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſuam ipſius carnē odio habuit imo enutrit ac fouet eam/ſicut et dominꝰ eccleſiā

Quoniam membra ſumꝰ corporis eiuſdem/ ex carne eius / et ex oſſibꝰ eius

Huius rei gratia/relinquet homo patrem ac matrem et adiungetur vxori ſue/

atq̃ȝ e duobus fiet vna caro Myſteriū hoc magnum eſt/ verum ego loquor de

Chr̄o et de eccleſia Quamq̃ȝ et vos ſingulatim hoc preſtate/ vt ſuam quiſq̃ȝ

vxorē diligat tanq̃ȝ ſeipſum/ vxor aūt vt reuereatur virum. Caput Sextū.

FIlij/ obedite parentibus veſtris in domino/ nam id eſt iuſtum/

Honora patrem tuum/ et matrem/ quod eſt preceptum primū in promiſſione

vt bene tibi ſit/et ſis lōgeuus in terra Patres/ne prouocetis ad iram libe-

ros veſtros/ ſed educetis eos per eruditionē /et correptionem dn̄i Serui obe

dite ijs/ qui domini ſunt iuxta carnē/ cum timore ac tremore/cum ſimplicitate

cordis veſtri/tanq̃ȝ Chr̄o/ non ad oculū ſeruiētes/ velut hōibꝰ placere ſtuden

tes/ſed tanq̃ȝ ſerui Chri/ fatientes (que vult deus) ex animo cū beneuolentia/

ſeruientes dn̄o et nō hōibꝰ/ illud ſciētes ꝙ vnuſquiſq̃ȝ quod fecerit boni/ hoc

reportabit a deo/ ſiue ſeruus fuerit ſiue liber Et vos domini eadē facite erga

Hic confunditur quorundam heretico-
rum impudentia/negantium Chriſtia-
norum merita/ quando Paulus dicit
factores bonorum operum apud deum
mercedem reportaturos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

illos/ remittentes minas ſcientes/ ꝙ et veſter ipſorum dominus eſt in celis.

nec perſone reſpectus eſt apud illum Quod ſuper eſt fratres mei/ ſitis

fortes per dominum/ perqꝫ potentiam roboris illius Induite totam ar-

maturam dei/ vt poſſitis ſtare aduerſus aſſultus diaboli Quoniam non

eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem et carnem/ ſed aduerſus principatus/

aduerſus poteſtates/ aduerſus mundi dominos/ rectores tenebrarum ſeculi

huius/ aduerſus ſpirituales aſtutias in celeſtibus Quapropter aſſumite vni-

uerſam armaturam dei/ vt poſſitis reſiſtere in die malo/ et omnibus perac

tis ſtare/ State igitur lumbis circumcinctis baltheo per veritatem/ et induti

thoracem iuſtitie/ et calciati pedibus/ vt parati ſitis ad euangelium pacis

ſuper omnia aſſumpto ſcuto fidei/ quo poſſitis omnia iacula mali illiꝰ ignita

extinguere Galeamqꝫ ſalutaris accipite/ et gladium ſpiritus/ qui eſt verbũ

dei in omni deprecatione et obſecratione/ orantes in omni tempore in ſpi-

ritũ et ad hoc ipſũ vigilantes cum omni ſedulitate et deprecatione pro om-

nibꝰ ſãctis et pro me/ vt mihi detur ſermo in apertione oris mei cũ libertate/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

vt notũ faciam myſterium euangelij mei/ ſuper quo legatione fungor in catena/ vt in eo libere loquar ſicut oportet me loqui Ut autem ſciatis et vos que ad me pertinent/ quid agam/ de omnibus vos certiores reddet Tychicus dilectus frater et fidus miniſter in domino/ quem miſi ad vos in hoc ipſum/ vt cognoſceretis de rebus noſtris/ et conſolaretur corda veſtra Pax fratribus et charitas cum fide/ a deo patre et domino Jeſu Chriſto Gratia ſit cum omnibus diligentibus dominum noſtrum Jheſum Chriſtum cum ſynceritate. AMEN.

Finis epiſtole ad Epheſios.

In epiſtolam ad Philippenſes argumentum per Eraſmum Roterodamum

Philippenſes in prima Macedonie parte ſunt/vt narratur in actis ca. xvi. colonia oriunda ab vrbe Philippis/dicta a Philippo cōditore. Horum metropolis eſt Teſſalonice Qui quoniam in fide ſemel accepta perſtiterant/ non admiſſis pſeudapoſtolis/quibus auſcultarant Corinthij et Galate/merito ab apoſtolo collaudantur Ad hos Paulus admonitu ſpiritus profectus/ cōplures dies apud illos egit non ſine negotio. Nam hic flagris ceſus eſt Paulus/et cum Sila coniectus eſt in carcerem Quo tempore carceris cuſtos cum tota familia baptizatus eſt. Hic erat et Lydia purpuraria/ que prima conuerſa/ Paulum excepit hoſpitio/hic et milites/ cognito ꝙ Romanus eſſet ciuis/ vltro rogarunt/ vt quo vellet abiret/ et Chriſti nomen ſatis felicibus auſpitijs inclaruit Quinetiam cum Paulus Rome ageret in vinculis/miſerunt illi que ad vite neceſſitatem pertinebant per Epaphroditū/quod et ante fecerant cum ageret Teſſalonice/ſicut in hac ipſe teſtatur epiſtola. Collaudatos igitur eos adhortatur/ vt perſeuerēt ac proficiant oſtendens gloriandū etiam in afflitionibus/que ad illuſtrandum Chriſti euangelium facerent/ ſe vero vel mortem adeo non horrere/vt optet etiam ſi Chriſto volente cōtingat Deinde cū primis hortatur ad mutuam concordiam/ que inter elatos eſſe non poteſt/ et quo equiore ſint animo/pollicetur Timotheū atqꝫ etiam ipſū breui ad illos redituru/interim miſſo Epaphrodito/qui ex periculoſiſſima egrotatione conualuerat. Hec agit duobus primis capi. Nam in tertio confirmat animos illorū aduerſus pſeudapoſtolos/ ad iudaiſmum vbiqꝫ ſollicitantes/ quos canes appellat/ operarios iniquitatis/ inimicos crucis Chriſti/ et qui ventrem dei loco colerent/ nuſq̄ꝫ apertius in eos ſtomacatus Quartum cōmendationibus et ſalutationibus occupat/ niſi ꝙ monita quedam obiter admiſcet/ et Philippenſibus pro ſua in ſe munificētia gratias agit/ Scripſit ex vrbe Roma per Epaphroditum/ cum iterum eſſet in carcere Nam poſt primam defenſionem rurſus in carcerem deductus eſt/cuius rei meminit ipſe in epiſtola ad Timotheum.

Epiſtole beati Pauli ad Philippenſes Caput primum.

Paulus ac Timotheus ſerui Jeſu Chriſti/ omnibus ſanctis
in Chriſto Jeſu qui ſunt Philippis/ vna cum epiſcopis ac diaconis Gratia
vobis et pax a deo patre noſtro et domino Jeſu Chriſto Gratias ago deo
meo in omni memoria veſtri/ ſēper in omni precatione mea pro oībus vobis
cū gaudio precationem faciens/ ꝙ veneritis in cōmunionem euāgelij a primo
die vſqꝫ ad hoc tēpus/ perſuaſum habens hoc ipſum ꝙ is qui cepit in vobis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

opus bonum/ perficiet vſq3 ad diē Jeſu Chriſti ſicut iuſtū eſt mihi/ vt hoc
ſentiam de omnib9 vobis/ propterea ꝙ habeam vos in corde et in vinculis
meis/ et in defenſione/ et confirmatione euangelij/ cum ſitis omnes mihi
conſortes gratie Teſtis enim mihi eſt deus/ q̄3 deſiderem vos omnes in
viſceribus Jeſu Chriſti. Et illud oro/ vt charitas veſtra adhuc magis exū-
beret in agnitione omniq3 intelligentia/ vt probetis que ſunt preſtantia/ vt
ſitis ſynceri ac tales/ vt nemini ſitis offēdiculo/ in diem Chr̄i / impleti fruc-
tū iuſtitie/ qui cōtingit per Jeſum Chriſtum ad gloriam et laudem dei Scire
autem vos volo fratres/ ꝙ que mihi acciderunt/ magis ad profectum euan-
gelij euenerūt/ ita vt vincula mea manifeſta facta ſint in Chriſto in toto preto-
rio ac ceteris omnibus/ vtq3 plures ex fratribus in dn̄o/ freti vinculis meis
vberius auderent impauide ſermonem loqui Nōnulli quidem per inuidiam
et contentionē/ nōnulli vero et propter bonam voluntatem Chr̄m predicant
alij quidē ex contentione Chr̄m annunciant non pure/ exiſtimātes ſeſe afflicti-
onem addere vinculis meis/ alij rurſus ex charitate/ ſcientes ꝙ in defēſionem

euangelij conſtitutus ſim Quid enim? Attamen quouis modo/ ſiue per
occaſionem/ ſiue per veritatem Chriſtus tamen annũciatur/ et in hoc gaudeo
quin etiam gaudebo Noui enim ꝙ hoc mihi cedet in ſalutem/ per veſtram
deprecationem et ſubminiſtrationem ſpiritus Jeſu Chriſti/ ſecundum expec-
tationem et ſpem meam/ ꝙ nulla in re pudefiam Sed cum omni libertate/
vt ſemper/ ita nũc quoqꝫ magnificabitur Chriſtus in corpore meo/ ſiue per
vitam ſiue per mortem Nam mihi vita Chriſtus eſt/ et mors lucrum Qđ ſi
contingat viuere in carne/ ea res mihi fructus eſt operis/ et quid eligam igno-
ro Coartor enim ex his duobus/ deſyderãs diſſolui/ et eſſe cum Chriſto multo
longeqꝫ melius eſt Ceterum manere in carne/ magis neceſſariũ propter vos
et hoc certo ſcio/ ꝙ manſurus ſim/ et cum omnibus vobis permãſurus ſim
in veſtrum profectum/ et gaudium fidei/ vt gloriatio veſtra exuberet per
Chriſtum Jeſum in me/ per meum ad vos reditum/ tantum vt dignum eſt
euãgelio Chriſti/ cõuerſemini/ vt ſiue cum venero et videro vos/ ſiue abſens
ſim/ audiam de rebus veſtris/ ꝙ ſtetis in vno ſpiritu/ vna anima/ adiuuãtes

Tametſi infidelium opera ſint infruc-
tuoſa/ ꝙ fiant ſine fide/ Fideliũ tamen
opera maxime ſunt fructuoſa/ adeoqꝫ
premio digna/ quod hic indicat Pau-
lus cum dicit Vitam habere fructum
operis.

philip 2.

decertantē fidem euāgelij/ nec in vllo terreamini ab aduerſarijs que illis quidē
eſt cauſa perditiōis/ vobis aūt ſalutis/ et hoc a deo/ quia nobis donatū eſt pro
Chriſto nō ſolū vt in eū credatis/ verūetiā vt pro illo patiamini/ idē certamen
habētes quale vidiſtis in me/ et nūc auditis in me.

Caput. Secundum.

SI qua igitur conſolatio in Chriſto/ ſi quod ſolatium dilectionis/
ſi qua communio ſpiritus/ ſi qua viſcera ac miſerationes/ cōplete meum gau-
dium/ vt ſimiliter affecti ſitis/ eandem charitatem habētes/ vnanimes/ idem
ſentientes/ ne quid fiat per cōtentionem aut per inanem gloriam/ ſed per hu-
militatem animi/ alium quiſq; ſe preſtantiorem exiſtimet/ ne ſua quiſq; ſpec-
tetis/ ſed vnuſquiſq; que ſunt aliorum Is enim affectus ſit in vobis/ qui fuit
et in Chriſto Ieſu/ qui cum eſſet in forma dei/ non rapinam arbitratus eſt
vt eſſet equalis deo/ ſed ſemetipſum inaniuit/ forma ſerui ſumpta/ in ſimili-
tudine hominum conſtitutus/ et figura repertus vt homo/ humilem prebuit
ſemetipſum/ factus obediens vſq; ad mortē/ mortem aūt crucis. Quapropter
et deus illum in ſūmā extulit ſublimitatem/ ac donauit illi nomē quod eſt ſupra

Qui non ſimiliter affecti eandē habentes charitatem/ vnanimes et idem ſentientes/ fruſtra gloriantur ſe eſſe Chriſtianos Qui contentioni ſeruiunt ac inani glorie ſtudent/ alieni a modeſtia/ nō pertinent ad corpus Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

omne nomen/ vt in nomine Jeſu omne genu ſe flectat/ celeſtium/ ac terreſ-
trium/ et infernorum / omniſq; lingua confiteatur/ ꝙ dominus ſit Jeſus
Chriſtus ad gloriam dei patris Proinde dilecti mei quemadmodum ſemper
obediſtis/non tanq̄; in preſentia mea ſolū/ ſed nunc multo magis in abſentia
mea/ cum timore ac tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini Nam deꝰ
eſt is qui agit in vobis/ et vt velitis/ et vt efficiatis pro bono animi propo-
ſito Omnia facite ſine murmurationibꝰ ac diſceptationibus/ tales/ vt nemo
de vobis queri poſſit / ſynceriq; filij dei irreprehenſibiles in medio nationis
praue ac tortuoſe/ inter quos lucete tanq̄; luminaria in mundo/ ſermonem vite
ſuſtinentes/ vt gloriari poſſim in diem Chriſti/ ꝙ non in vanum cucurrerim
nec in vanum laborauerim Quinetiam ſi immolor ſuper hoſtia ſacrificioq;
fidei veſtre/ gaudeo et congaudeo omnibus vobis Ob idipſum aūt et vos
gaudetis/ et congaudetis mihi Spero aūt in domino Jeſu/ me Timotheum
breui miſſurum vobis/ vt et ego leto ſim animo cognito ſtatū vr̄o Neminem
enim habeo pari mecum animo preditum/ qui germane res vr̄as cūraturus ſit

Philip: 2.

Nam omnes que ſua ipſorum ſunt querunt/ non que Chriſti Jeſu Porro probationem eius noſtis/ ꝙ vt filius mecum veluti cũ patre ſeruierit in euangelium Hunc igitur ſpero me miſſurum/ mox vbi videro mea negocia Confido autem in domino/ ꝙ et ipſe breui venturus ſim Sed operepretium arbitratus ſum/ Epaphroditum fratrem/ et collegam/ et commilitonem meum veſtrum autem apoſtolum (quiqꝫ mihi ſubministrat in neceſſitate mea) mittere ad vos Quandoquidem deſyderabat omnes vos anxius animi/ propterea ꝙ audiſſetis eum infirmatum fuiſſe Et certe fuit infirmus/ ita vt eſſet vicinus morti/ ſed deus miſertus eſt illius/ at non illius tantum/ ſed et mei/ ne dolorem haberem ſuper dolorem Studioſus itaqꝫ miſi illum/ vt cum videritis illũ/ denuo gaudeatis/ et ego magis vacem dolore Excipite illum in domino/ cum omni gaudio/ et qui huiuſmodi ſunt/ eos in pretio habete/ quoniam propter opus Chriſti eo acceſſit/ vt morti proximus fuerit/ non habita ratione vite/ vt ſuppleret id quod in vr̄o erga me offitio fuit diminutũ.

Caput Tertium.

Quod ſupereſt fratres/ gaudete in domino/ eadem ſcribere vobis me quidem haud piger/ vobis autem tutum eſt Cauete canes/ cauete malos operarios/ cauete conciſionem Nos enim ſumꝰ circumciſio/ qui ſpiritu deum colimus/ et gloriamur in Chriſto Jeſu/ et non cōfidimus in carne/ quanq̃ ego confidā etiam in carne Si quiſq̃ alius videtur fiduciam habere in carne ego magis habeo/ circumciſus octauo die/ Iſrael ex genere/ tribꝰ Beniamin/ Hebreus ex Hebreis/ iuxta legem phariſeus/ iuxta ſtudium perſequēs eccleſiam/ iuxta iuſtitiam que eſt in lege/ factus irreprehēſibilis Sed que mihi erant lucra/ ea arbitratus ſum propter Chriſtum damnum eſſe Quinetiam arbitror omnia damnum eſſe propter excellentiam cognitionis Chriſti Jeſu domini mei/ propter quem omnia pro damnis duxi/ habeoqꝫ pro reiectamentis/ vt Chriſtum lucrifaciam/ vtqꝫ reperiar in illo/ non habens meam iuſtitiam ex lege/ ſed eam que per fidem eſt Chriſti/ que eſt ex deo iuſtitiam ſuper fide/ vt cognoſcam illum/ et potentiam reſurrectionis illius/ et communionem afflictionum illius/ dum conformis fio morti eius

Philip: 3.

ſi quo modo pertingam ad reſurrectionem mortuorum/ non ꝙ apprehende-
rim/ aut iam perfectus ſim/ ſed ſector/ ſi etiam apprehendam/ quatenus et
apprehenſus ſum a Chriſto Jeſu Fratres/ ego meipſum nondum arbitror
aſſequutū eſſe Unum autem illud ago/ ea quidem que a tergo ſunt obliuiſcens

Paulo adeo placet ſtudium virtutum/ vt hic glorietur ſeſe de virtute in virtu-tem procedere.

ad ea vero que a fronte ſunt enitēs/ iuxta prefixum ſignum inſequor ad pal-
mam ſuperne vocationis dei/ per Chriſtum Jeſum Quotquot itaqȝ perfecti
ſumus/ hoc ſentiamꝰ/ et ſi quid aliter ſentitis/ hoc quoqȝ vobis deus reuela-
bit Attamen ad id quod aſſequuti ſumus/ eadem procedamus regula/ vt ſimꝰ
concordes Pariter eſtote imitatores mei fratres/ et conſiderate eos qui ſic
ambulant/ quemadmodum habetis nos pro exemplari Nam complures
ambulant/ de quibꝰ ſepe dixi vobis/ nunc autem et flens dico/ inimici crucis

Inimicos crucis Chriſti vocat pſeudo chriſtianos qui refugientes perſecutio-nes et afflictiones/ atqȝ huius vite mo-leſtias/ ſolas ventris delitias/ otium/ ac terrena cōmoda ſectantur.

Chriſti/ quorum finis perditio eſt/ quorum deus venter/ et gloria in dede-
core ipſorum/ qui terreſtria curant Nam noſtra conuerſatio in celis eſt/
ex quo et ſeruatorem expectamus dominū Jeſum Chriſtum/ qui transfigu-
rabit corpus noſtrum humile/ vt conforme reddat corpori ſuo glorioſo/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

ſecundū efficatiam/ qua poteſt etiā ſubijcere ſibi omnia. Caput Quartum.

Sunt quidam huius ſeculi turbatores qui nullo ſenſu ferunt virginen matrē/ dici vitam dulcedinem et ſpem noſtrā/ et tamen Paulus hoc loco/ orthodoxo ſenſu vocat Philippenſes gaudium et coronam ſuam.

PRoinde fratres mei dilecti ac deſyderati/ gaudium et corona mea
ſic ſtate in domino dilecti Euodiam obſecro/ et Syntychen obſecro/ vt ſint
concordes in domino Sane rogo et te compar germana/ adiuua eas/ que
in euangelio decertarunt mecum vna cum Clemente quoqꝫ et reliquis coope
rarijs meis/ quorum nomina ſunt in libro vite Gaudete in domino ſemper/
et iterum dico gaudete Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus/
Dominus prope eſt De nulla re ſolliciti ſitis/ ſed in omni precatione et
obſecratione/ cū gratiarum actione petitiones veſtre innoteſcāt apud deum
Et pax dei que ſuperat omnem intellectum/ cuſtodiet corda veſtra et ſēſus
veſtros per Chriſtum Jeſum Quod reliquum eſt fratres/ quecūqꝫ ſunt
vera/ quecūqꝫ honeſta/ quecūqꝫ iuſta/ quecūqꝫ pura/ quecūqꝫ accommoda/
quecūqꝫ boni nominis/ ſi qua virtus/ et ſi qua laus/ hec cogitate/ que et
didiciſtis/ et accepiſtis/ et audiſtis/ et vidiſtis in me/ hec facite/ et deus
pacis erit vobiſcum Gauiſus ſum autem in domino magnoperē/ ꝙ iam

tandem reuiguit vr̄a pro me ſollicitudo in eo/ in quo et ſolliciti eratis/verum
deerat opportunitas Non ꝙ iuxta penuriam loquar Nam ego didici/ in
quibus ſum/ his contentus eſſe Noui et humilis eſſe/noui et excellere/vbiqꝫ
et in oĩbus inſtitutus ſum/ et ſaturari/et eſurire/ et abundare/ et penuriam
pati Omnia poſſum per Chriſtum qui me corroborat Attamen recte feciſ-
tis/ ꝙ ſimul cõmunicaſtis mee afflictioni Noſtis autem et vos Philippẽſes
ꝙ in principio euangelij/ cum proficiſcerer a Macedonia/ nulla mihi eccleſia
communicauerit in rationem dandi et accipiendi/ niſi vos ſoli Nam et in
Teſſalonica cum eſſem/ ſemel et iterum ꝙ opus erat mihi miſiſtis/ non ꝙ
requiram munus/ ſed requiro fructum exuberantem in rationem veſtram.
Recepi tamen omnia et abundo / expletus ſum/ poſteaqꝫ accepi ab Epa-
phrodito/ que a vobis miſſa fuerant/ odorem bone fragrantie/ hoſtiam ac-
ceptam gratamqꝫ deo Deus autem meus ſupplebit quicquid opus fuerit
vobis/ſecundum diuitias ſuas cum gloria/ per Chriſtum Jeſum. Deo autẽ
et patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Salutate omnem ſanctũ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

in Chriſto Jeſu Salutant vos qui mecum ſunt fratres Salutant vos omnes ſancti/ maxime vero qui ſunt ex Ceſaris familia Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis Amen.

Finis epiſtole ad Philippenſes

In epiſtolam ad Coloſſenſes argumentum per Eraſmum Roterodamum

COloſſenſes in Aſia minore ſunt/ finitimi Laodicēſibus. Hos non viderat apoſtolus. Nam Archippi/ ſiue (quod addit Ambroſius) Epaphre/ quibus hoc delegatum erat/ predicatione conuerſi ſunt ad Chriſtum. His vehementer imminebant pſeudapoſtoli/ conantes in dogma multo peruerſiſſimum inducere/ docentes/ non eſſe filium dei ſalutis autorem/ ſed per angelos viam patere ad patrem/ neq; enim veniſſe filium dei in hunc mundum/ neq; venturum/ cum in veteri teſtamento per angelos adminiſtrata ſint omnia. Deinde Judaiſmum et philoſophie ſuperſtitionem cum Chriſti doctrina miſcebant/ obſeruantes quedam legis inſtituta/ et ſuperſtitioſe obſeruantes ſolem/ lunam/ ac ſtellas/ et elemēta huius mundi/ quibus docebant nos eſſe obnoxios. Hos igitur ſue profeſſionis commonefacit/ oſtendens illos quicquid hactenus aſſecuti ſunt/ non angelis debere/ ſed Chriſto angelorū conditori/ hunc vnum eſſe caput eccleſie/ nec ab alio quoq; petendam ſalutem. Atq; interim autoritatem ſuam aſſerit Diligenter autem monet/ ne pſeudapoſtolorum magniloquentia/ confictiſq; viſionibus angelorum ſibi imponi paterentur/ et vel in Judaiſmum/ vel in philoſophicam ſuperſtitionem prolaberentur. Atq; hec agit duobus primis capitibus. In reliquis hortatur ad offitia pietatis/ nominatim preſcribens/ qualis vxor erga maritum/ qualis debeat eſſe maritus in vxorem/ qualis parens erga liberos/ liberi erga parentes/ ſerui erga dominos/ domini erga ſeruos/ extrema pars ſalutationibus occupatur/ niſi ꝙ Archippum cōmonet officij ſui. Scripſit antem e carcere ab Epheſo per Tychicum/ quod ipſe palam teſtatur in hac epiſtola. Noſtra argumenta addunt Tychico collegam Oneſimū nec ſatis video quid ſecuta. Grecorum inſcriptiones/ ex vrbe Roma miſſam teſtantur. Hinc certe remiſit Oneſimum/ quem illic in vinculis genuerat Chriſto.

Epiſtole beati Pauli ad Coloſſenſes Caput primum.

Paulus apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem dei/ et Timotheus frater/ his qui ſunt Coloſſis ſanctis ac fidelibus fratribus in Chrō Gratia vobis et pax a deo patre noſtro/ et domino Jeſu Chriſto Gratias agimus deo et patri domini noſtri Jeſu Chriſti ſemper de vobis/ cum oramus/ quoniam audiuimus fidem veſtram in Chriſto Jeſu/ et charitatem erga omnes ſanctos/ propter ſpem repoſitam vobis in celis/ de qua prius audieratis per ſermonem veracem euangelij/ quod peruenit ad vos/ quemadmodum et in toto mundo etiam fructificat/ ſicut et in vobis/ ex eo die quo audiſtis et cognouiſtis gratiam dei per veritatem Quemadmodum et didiciſtis ex Epaphra dilecto conſeruo noſtro/ qui eſt fidus pro vobis miniſter Chriſti/ qui et expoſuit vobis veſtram dilectionem in ſpiritu Propterea et nos ex quo die audiuim⁹/ nõ deſiuimus pro vobis orare/ et poſcere vt impleamini agnitione voluntatis in omni ſapientia et prudentia ſpirituali vt ambuletis digne domino/ vt per omnia placeatis/ in omni opere bono fructificantes et creſcentes in agnitionẽ dei/ omni robore corroborati/ iuxta

potentiam glorie illius/ ad omnem tolerantiam ac patientiam cum gaudio/ gratias agentes patri/ qui idoneos nos fecit ad participationem ſortis ſanctorum in lumine/ qui eripuit nos a poteſtate tenebrarum/ ac tranſtulit in regnum filij ſibi dilecti/ per quem habemus redemptionem per ſãguinem ipſius/ remiſſionem peccatorum/ qui eſt imago dei inconſpicui/ primogenitus vniuerſe creature/ ꝙ per illum creata ſint omnia que in celis ſunt/ et que in terra/ viſibilia et inuiſibilia/ ſiue throni/ ſiue dominationes/ ſiue principatꝰ ſiue poteſtates Omnia per illũ et in illum creata ſunt/ et ipſe eſt ante omnia/ et omnia per illum conſiſtunt/ et ipſe eſt caput corporis eccleſie/ qui eſt principium primogenitus ex mortuis/ vt ſit in omnibus ipſe primas tenens/ quoniam in illo cõplacitum eſt patri vniuerſam plenitudinem inhabitare/ et per eum reconciliare cuncta erga ſe/ pacificatis per ſanguinem crucis eius per eundem/ ſiue que in terra ſunt/ ſiue que in celis Et vos qui quondam eratis

Inutilis eſt igitur nobis reconciliatio per ſanguinẽ crucis facta/ſi adhuc perſeueramus in malis operibus/ nec ſumus irreprehenſibiles / niſi per penitentiam renouetur in nobis reconciliationis gratia.

abalienati/ et inimici mente in operibus malis/ nunc tamen reconciliauit in corpore carnis ſue per mortem/ vt exhiberet vos ſanctos et irreprehenſibiles

Col. 2.

et inculpatos in conſpectu ſuo Siquidem permanetis in fide fūdati ac ſtabiles nec dimoueamini a ſpe euangelij/ quod audiſtis/ quod predicatū eſt apud vniuerſam creaturā que ſub celo eſt/ cuius factꝰ ſum ego Paulus miniſter Nunc gaudeo ſuper afflictionibꝰ meis pro vobis/ et ſuppleo quod deerat afflictionū Chri in carne mea pro corpore ipſius/ quod eſt eccleſia/ cuius eccleſie factus ſum ego miniſter/ iuxta diſpenſationē dei/ que data eſt mihi in vos/ implendi ſermonem dei/ myſterium quod reconditum fuit a ſeculis et a generationibꝰ nunc autem patefactum eſt ſanctis illius/ quibus voluit deus notum facere/ que ſint diuitie glorie myſterij huius inter gentes/ qui eſt Chriſtus in vobis ſpes glorie/ quem nos annunciamus/ admonentes omnem hominem/ et docentes omnem hominem in omni ſapientia/ vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Jeſu/ ad quod etiam enitor/ decertans ſecundum efficatiam eius agentem in me per virtutem.

Caput Secundum.

NAm volo vos ſcire/ quantam ſollicitudinem habeam de vobis/ et his qui ſunt Laodicie/ et quotquot non viderūt faciem meam in carne/ vt

conſolationem accipiant corda illorum/ cum fuerint compacti in charitate/ et
in omnem opulentiam certe perſuaſionis intelligentie/ in agnitionem myſte-
rij dei/ et patris et Chriſti/ in quo ſunt omnes theſauri ſapientie ac ſcientie
reconditi Hoc aūt dico/ ne quis vobis imponat probabilitate ſermonis/
Etenim quamuis carne ſum abſens/ tamen ſpiritu vobiſcum ſum gaudēs ac
videns veſtrum ordinem/ et ſoliditatem veſtre in Chriſtum fidei Quemad-
modum igitur accepiſtis Chriſtum Ieſum dominum/ ita in eo ambulate/ ſic
vt radices habeatis in illo fixas/ et in illo ſuperſtruamini confirmeminiqꝫ per
fidem/ ſicut docti eſtis/ exuberantes in ea cum gratiarum actione Videte
ne quis ſit/ qui vos depredetur per philoſophiam et inanem deceptionem/
iuxta conſtitutionem hominum/ iuxta elementa mundi/ et non iuxta Chr̄m/
Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter/ et eſtis in
illo completi/ qui eſt caput omnis principatus ac poteſtatis/ per quem et cir-
cumciſi eſtis circūciſione que fit ſine manibus/ dum exuiſtis corpus peccato-
rum carnis per circūciſionem Chriſti/ conſepulti ſimul cum illo per baptiſmū

in quo ſimul etiam cum illo reſurrexiſtis per fidem operationis dei/ qui excitauit illum ex mortuis. Et vos cum eſſetis mortui per delicta et per preputium carnis veſtre/ ſimul cum illo viuificauit/ condonans nobis omnia delicta/ deleto quod aduerſus nos erat chirographo/ quod erat cōtrarium nobis per decreta/ et illud ſuſtulit e medio/ affixum cruci/ expoliatoſqꝫ principatus ac poteſtates oſtentauit palam/ triumphans de illis per ſemetipſum. Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu/ aut in parte diei feſti/ aut nouilunii/ aut ſabbatorum/ que ſunt vmbra rerum futurarum/ corpus autem Chriſti. Ne quis vobis palmam interuertat data opera per humilitatem et ſuperſtitionem angelorum/ in his que non vidit faſtuoſus incedens/ fruſtra inflatus a mente carnis ſue/ nec obtinens caput/ ex quo totum corpus per commiſſuras et compagines ſubminiſtratum/ et compactum/ augeſcit augmento dei. Itaqꝫ ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi/ quid quaſi viuentes in mundo/ decretis tenemini? Ne tetigeris ne guſtaueris/ neqꝫ contrectaris/ que omnia ipſo pereunt abuſu/

Hec damnata Iudeorum ſuperſticio nihil habet cōmune cum pio dierum et ciborum delectu apud Chriſtianos/ qui ſtatis diebus abſtinent a certis cibis et operibus nulla iuſticie opinione ſed ſolo continentie et contemplationis amore.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

iuxta precepta et doctrinas hominum/ que verbotenus quidē habent ſpeciem
ſapientie per ſuperſtitionem/ ac humilitatem animi/ et leſionem corporis/ nō
per honorem aliquem ad expletionem carnis.

Caput Tertium.

ITaqȝ ſi reſurrexiſtis vna cum Chriſto/ ſuperna querite/ vbi Chriſ-
tus eſt ad dexteram dei ſedens. Superna curate/ non terreſtria. Siquidem
emortui eſtis et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Quando-
cumqȝ Chriſtus manifeſtatus fuerit/ vita noſtra/ tunc et vos cum illo mani-
feſtabimini in gloria. Mortificate igitur membra veſtra terreſtria/ ſtuprum/
immunditiam/ mollitiem/ concupiſcentiam malam/ et auaritiam/ que eſt ſi-
mulacrorum cultus/ ob que venire ſolet ira dei in filios intractabiles/ inter
quos ambulabatis quōdam/ cum viueretis in his. Nunc aūt deponite et vos
oīa irā/ indignationē/ malitiā/ maledicentiā/ turpiloquentiā ab ore veſtro Ne
mentiamini alius aduerſus alium/ poſteaq̄ȝ exuiſtis veterem hominē cum fac-
tis ſuis/ et induiſtis nouum/ qui renouatur ad agnitionē et imaginē eius/ qui

Vt olim nihil profuit carne circumcidi/ ſine circumciſione cordis/ ita iam in noua lege nihil prodeſt corpore bap-tiſatum eſſe/ ſi animus adhuc manet illotus/ manet autem/ q̄ȝdiu hec vitia regnant in nobis/ que Paulus hic enu-merat/ idcirco iubet ſuperna querere et ſuperna curare non terreſtria.

Col. 3.

condidit illum/vbi non eſt Grecus et Judeus/circumciſio et preputium/bar-
barus/Scytha/ſeruus/liber/ſed omnia in omnibus Chriſtus. Sitis igitur in-
duti tanq̄ʒ electi dei/ſancti ac dilecti/ viſcera miſerationum/ comitatem/ mo-
deſtiam/manſuetudinem/lenitatem/ſufferentes vos inuicem/et condonātes
vobis mutuo/ſi quis aduerſus aliquē habuerit querelā/ quēadmodū et Chri-
ſtus cōdonauit vobis/ita et vos. Super omnia autē hec charitatē/que eſt vin-
culum perfectionis/ et pax dei palmam ferat in cordibus veſtris/in quam et
vocati eſtis in vno corpore/et grati ſitis. Sermo Chriſti inhabitet in vobis
opulente cum omni ſapientia. Doceteqʒ et commonete vos inuicem cantio-
nibus et laudibus/et cantilenis ſpiritualibus/ cum gratia canentes in corde
veſtro domino. Et quicquid egeritis ſermone aut facto/ omnia in nomine
domini Jeſu facite/ gratias agentes deo et patri per illum. Vxores/ſubdite
eſtote proprijs viris/ ſicuti conuenit/in domino. Viri diligite vxores/et ne
ſitis amarulenti aduerſus illas. Filij obedite parentib⁹ in omnibus/hoc enim
bene placet dn̄o. Patres ne prouoceritis liberos veſtros/ne deſpōdeant animū

Paulus indicat hoc loco vt prius indi-
carat ad Galatas iij. in euangelica pro-
feſſione nulla eſſe nationū diſcrimina/
quando Chriſtus ex omnibus orbis po-
pulis vnum euangelium voluit eſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Exdudit hoc loco bonis operibus inanem gloriam/ omnium virtutum peſtem/ quando vult vt omnia facientes ſtudeamus non hominibus/ ſed in ſimplicitate cordis ſoli deo placere/ Nam hoc eſt bonum opus ex animo facere/

Serui/ obedite per omnia ijs/ qui domini ſunt ſecūdum carnem/ non obſequiis ad oculum exhibitis/ tanq̃ȝ hominibus placere ſtudentes/ ſed cum ſimplicitate cordis timentes deum. Et quicquid feceritis/ ex animo facite tanq̃ȝ domino/ et non hominibus/ ſcientes ꝙ a dominio recipietis mercedem hereditatis/ nam domino Chriſto ſeruitis. Ceterum qui peccarit/ reportabit peccatum ſuum/ et non eſt perſouarum reſpectus.

Caput quartum.

Vos domini equitatem et equabilitatem ſeruis exhibete/ ſcientes ꝙ et vos habeatis dominum in celis. Obſecrationi inſtate/ vigilantes in ea cum gratiarum actione/ orantes ſimul et pro nobis/ vt deus aperiat nobis oſtium ſermonis/ vt loquamur myſterium Chr̄i/ propter quod et vinctus ſum/ vt manifeſtē illud/ ſicut oportet me loqui. Sapienter ambulate erga extraneos/ opportunitatē redimētes Sermo veſter ſemꝑ cū gratia/ ſit ſale cōditus/ vt ſciatis quō oporteat vos vnicuiq; rñdere. De oībus rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater/ et fidus miniſter/ et cōſeruus in dño/ quē miſi ad vos in hoc ipſum vt cognoſcat quid agatis/ et conſoletur corda veſtra/ vna cū

Col 4

Oneſimo fido et dilecto fratre/ qui eſt ex vobis/ de omnibus vobis exponet
que hic aguntur. Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus/ et Marcus cō-
ſobrinus Barnabe/ de quo accepiſtis mādata/ ſi venerit ad vos/ excipite eum
et Jeſus qui vocatur iuſtus/ qui ſunt ex circumciſione. Hi ſoli cooperarij ſunt
ad regnum dei/ qui fuere mihi ſolatio. Salutat vos Epaphras/ qui ex vobis
eſt ſeruus Chriſti/ ſemper anxie laborans pro vobis in precationibus/ vt ſte-
tis perfecti et completi in omni voluntate dei. Teſtimonium enim illi perhi-
beo/ ꝙ habeat multum ſtudiū pro vobis/ et his qui ſunt Laodicee/ et his qui
Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus dilectus/ et demas. Salutate fratres
qui Laodicee/ et Nympham/ et que in domo illius eſt cōgregationem/ et cum
recitata fuerit a vobis epiſtola/ facite vt et in Laodicenſium eccleſia recitetur
et eam que ſcripta eſt ex Laodicea/ vt vos quoqꝫ legatis/ et dicite archippo/
Uide miniſterium quod accepiſti in domino/ vt illud impleas. Salutatio mea
manu Pauli Memores ſitis vinculorum meorum. Gratia vobiſcum Amē.

Cum legimus precationes fieri pro Co-
loſſenſibus/ vt ſtent perfecti et completi
in voluntate dei/ Palam intelligimus
eſſe incrementa et augmenta meritorū
et gratiarum/ que contingunt fidutia et
ſtudio bonorum operum.

Finis epiſtole ad Coloſſenſes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

In epiſtolam ad Theſſalonicenſes argumentum per Eraſmum Roterodamum

Theſſalonica Macedonie metropolis eſt/ vnde et regionis incole Theſſalonicenſes appellati. Hi in fide ſemel accepta/tanta conſtantia perſtiterunt/ vt et Pauli exemplo/ ciuium ſuorum perſecutiones/ infracto et alacri pertulerint animo/ nec vllo pſeudapoſtolorum ſuaſu quiuerint ab euangelica inſtitutione deflecti. Quod veritus Paulus/quē non latebat pſeudapoſtolorum improbitas, cum ipſi non liceret illos inuiſere/miſit Timotheum/ex quo reuerſo cū didiciſſet illorū conſtantiam/collaudat eos/ gratias agens deo. Atqꝫ id quidem agit cap. primo et ſecundo. In ceteris duobus inſtituit eos/ in varijs pietatis officijs/ ſubindicans eſſe inter eos/ qui nondum omnino puri eſſent ab omni libidine/nec deeſſe/qui otio dediti grauarent alios/ item qui inquieti ipſi/turbarent eccleſie tranquillitatem/ quos corripi iubet. Pretera qui de reſurrectione nondū ſatis comfirmata eſſent opinione(cum defunctos ita lugerent/ quaſi periſſent/ac nō potius ad meliora demigraſſent) hos inſtituit atqꝫ confirmat. Rurſus alios diſpuſtaſſe de die aduētus domini/ quaſi is preſciri prediciqꝫ poſſit/cum incertus ſit oībus. Verum cum ait ſubitum/ et preter omnium expectationem adfuturum/ quo magis ſimus ad omne momentū parati. Scripſit ab Athenis per Tychicum miniſtrum/ iuxta Grecorum inſcriptionē/cui collegam addunt Oneſimum noſtra argumenta/ que incerto autore leguntur in vulgatis exemplaribus.

Epiſtole b: Pauli ad Theſſalonicenſes Caput primum.

Paulus et Siluanus et Timotheus/ eccleſie Theſſalonicenſium in deo patre et domino Jeſu Chriſto. Gratia vobis et pax a deo patre noſtro et domino Jeſu Chriſto. Gratias agimus deo ſemper de omnibus vobis/ mentionem veſtri facientes in precibus noſtris/ indeſinenter memores veſtri propter opus fidei ac laborem charitatis/ et ꝙ permanſiſtis in ſpe dñi noſtri Jeſu Chriſti/ coram deo et patre noſtro/ ſcientes fratres dilecti a

Fruſtra paulus indeſinenter oraret pro Theſſalonicēſibus/nobiſqꝫ orandi pro aliis exemplum relinqueret/ſi nulla eſſet orationum efficatia/ earum ſcilicet/ que pro aliis funduntur.

deo/ electionem veſtram/ quõiam euangeliũ noſtrũ fuit erga vos non per ſermonem ſolum/ verũ etiam per virtutem/ et per ſpiritũ ſanctũ/ perq3 certitudinem multam/ quemadmodum noſtis/ quales fuerimus inter vos/ veſtra cauſa. Et vos imitatores noſtri facti fuiſtis/ et domini/ recipien-tes ſermonẽ cum afflictione multa/ cum gaudio ſpiritus ſancti/ adeo vt fueri-tis exemplo omnibus credentibus in Macedonia/ et Achaia. A vobis enim pertonuit ſermo domini/ non ſolum in Macedonia et Achaia/ verum etiam in omni loco fides veſtra que eſt in deum dimanauit/ vt non ſit nobis neceſſe loqui quicq3. Siquidem ipſi de vobis annunciant/ qualem ingreſſum habue-rimus ad vos/ et quomodo conuerſi fueritis ad deũ a ſimulacris/ vt ſeruiretis deo viuenti/ et veraci/ et expectareris filium eius de celis/ quẽ excitauit a mor-tuis Jeſum/ qui liberat nos ab ira ventura.

Hoc laudabilior eſt fides credentium/ quo maioribus fuerit attrita perſecu-tionum procellis/ cum gaudio ſpiritus ſancti perpeſſis.

Caput ſecundum.

NAm ipſi noſtis fratres introitum noſtrũ ad vos/ ꝙ non fuerit in-anis/ ſed ꝙ ante malis afflicti/ et contumellis affecti quemadmodum ſcitis Philippis/ audacter egerimus in domino noſtro ad loquendum apud vos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

euangelium dei/ in multo certamine. Siquidem exhortatio noſtra non fuit ex impoſtura/ neq; ex immunditia/ neq; cum dolo/ ſed quemadmodum probati fueramus a deo/ vt nobis committeretur euangelium/ ita loquimur non vt hominibus placentes/ ſed deo/ qui probat corda noſtra. Neq; enim vnq̄ per ſermonem adulationis verſati ſumus/ quemadmodum noſtis/ nec per occa-ſionem auaritie (deus eſt teſtis) neq; querentes ex hominibus gloriam/ nec a vobis/ nec ab aliis/ cum poſſemus in autoritate eſſe tanq̄ apoſtoli Chriſti/ ſed fuimus placidi in medio veſtri/ perinde ac ſi nutrix foueat ſuos filios/ ſic affecti propenſi in vos/ animo cupiebamus impertire vobis/ non ſolum euange-lium dei/ verumetiam noſtras ipſorum animas/ propterea ꝙ chari nobis facti eſtis. Meminiſtis enim fratres laboris noſtri/ ac ſudoris. Nocte enim ac die opus facientes ob id/ ne cui veſtrum eſſemus oneri/ predicauimus apud vos euangelium dei. Vos autem teſtes eſtis et deus/ q̄ ſancte et iuſte et inculpate vobiſcum (qui credebatis) verſati fuerimus/ quemadmodum noſtis/ vt erga vnumquemq; veſtrum/ tanq̄ pater erga filios ſuos/ fuerimus affecti/ obſe-

Paulus ſemper contentus placuiſſe vni deo nūq̄ ab hominibus gloriam que-ſiuit/ idcirco vt vbiq; alienus fuit ab adulatione/ ita nūq̄ authoritatis ſu-percilio tumebat.

1 Theſs 2

crantes vos et conſolantes et obteſtantes/ vt ambularetis digne deo/ qui vo-
caſſet vos in ſuum regnum ac gloriam. Quapropter et nos gratias agimus
deo indeſinenter/ ꝙ cum acciperetis ſermonē a nobis/ quo deum diſcebatis/
accepiſtis non ſermonem hominum/ ſed ſicut erat vere ſermonem dei/ qui et
agit in vobis credentibus Vos enim imitatores facti eſtis fratres/ eccleſiarū
dei/ que ſunt in Judea/ in Chriſto Jeſu/ ꝙ eadem paſſi ſitis et vos a propriis
contribulibus/ quemadmodum et ipſi nos a Judeis/ qui vt et dominum oc-
ciderunt Jeſum/ et proprios prophetas/ ita et nos perſecuti ſunt/ et deo non
placent/ et omnibus hominibus aduerſantur/ qui obſiſtunt nobis/ ne loqua-
mur gentibus/ quo ſalui fiant/ vt expleant ſua peccata ſemper/ peruenit autē
in illos ira in finem. Ceterum nos fratres/ orbati vobis ad ſpacium tempo-
ris aſpectu/ non corde/ vehementius ſtuduimus videre faciem veſtram/ cum
multo deſiderio Quapropter voluimus venire ad vos/ ego quidem Paulus/
et ſemel et iterum/ et obſtitit nobis ſatanas. Nā que eſt noſtra ſpes/ aut gau-
dium/ aut corona gloriationis/ an nō et vos/ in cōſpectu domini noſtri Jeſu

Quando verbum dei per filium dei re-
uelatū/ ac prophetas et apoſtolos pre-
dicatum/ ſic ſalutem offert/ vt peccata
deſtruat/ igitur nulli magis verbo dei
repugnant/ qꝫ qui peccandi conſuetu-
dine ſunt indurati.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Chriſti/ in eius aduentu? Vos enim eſtis gloria noſtra et gaudium.

Caput Tertium.

PRoinde cum non amplius ferremus/ viſum eſt nobis/ vt Athenis
reſideremus ſoli/ac miſimus Timotheum fratrem noſtrum/ et miniſtrũ dei/
et adiutorem operis noſtri in euangelio Chriſti/ vt confirmaret vos/ et con-
ſolaretur vos de fide nrã/ ne quiſquã turbaretur in afflictionibus his. Nam
ipſi noſtis/ nos in hunc vſum poſitos eſſe. Etenim cum apud vos eſſemus/
predicebamus vobis fore/ vt afflictionẽ pateremur/ quemadmodum et euenit
et noſtis. Quapropter et ego non amplius ferens/ miſi ad hoc/ vt cognoſce-
rem fidem veſtram/ne quo pacto tentaſſet vos ille qui tentat/et inanis factus
eſſet labor noſter. Nuper autem cum veniſſet Timotheus ad nos a vobis/
et annunciaſſet nobis fidem ac dilectionem veſtram/et ꝙ habeatis memoriam
noſtri bonam ſemper/deſyderantes nos videre/quemadmodum nos quoqꝫ
vos Idcirco conſolationem accepimus fratres per vos ſuper omni afflictione
et neceſſitate noſtra/per veſtram fidem. Quoniã nunc viuimus/ ſi vos ſtatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1. Theſſ. 3. & 4.

in domino. Quam enim gratiarum actionem poſſumus deo rependere/ de vo-
bis ſuper omni gaudio/ quo gaudemus propter vos in cōſpectu dei noſtri/ nocte
ac die ſupra modum orantes/ vt videamus veſtrā faciem/ et ſuppleamus que
deſunt fidei veſtre. Ipſe vero Deus et pater noſter/ et dominus noſter Je-
ſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos/ vos autem dominus abundantes
et exuberantes faciet mutua inter vos charitatē/ et in omnes/ quemadmodum
et nos in vos/ vt confirmet corda veſtra/ irreprehenſibilia in ſanctimonia co-
ram deo et patre noſtro/ in aduentu domini noſtri Jeſu Chriſti/ cum omni-
bus ſanctis eius.

Caput quartum.

QUod ſupereſt igitur fratres/ rogamus vos et adhortamur per do-
minum Jeſum/ quemadmodum accepiſtis a nobis quomodo oporteat vos
verſari/ et placere deo/ vt abundetis magis. Noſtis enim que precepta dede-
rimus vobis per dominum noſtrum Jeſum. Hec enim eſt voluntas dei ſanc-
tificatio veſtra/ vt abſtineatis a ſcortatione/ et ſciat vnuſquiſq; veſtrum ſuum
vas poſſidere/ cum ſanctificatione et honore/ non cum affectu concupiſcentie/

Vt intelligamus / contendentibus ad perfectam ſalutem non eſſe ſatis in minimis aut mediocribus conſiſtere/ optat. Paulus Theſſalonicenſibus non quamuis charitatem/ ſed ſummam et exuberantem/ vt ſemper magis abūdent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Periculoſum eſt igitur contemnere au-thoritatem illorum qui acti ſpiritu dei/ multa et tradiderunt et docuerunt / ad vite honeſtatem et virtutū coſtodiam neceſſaria / nam qui huiuſmodi reiicit non hominem ſed deum reiicit/

quēadmodum et gentes/que non nouerunt deum/ ne quis opprimat ac frau-det in negotio fratrem ſuum/ propterea ꝙ vltor eſt dominus de omnibus his quemadmodum et ante diximus vobis/ac teſtati ſumus. Non enim vocauit nos deus immunditie cauſa/ſed ad ſanctificationem. Proinde qui reiicit/nō reiicit hominem/ ſed deum/ qui dedit ſpiritum ſuum ſanctum in vos/ Cete-rum de fraterna charitate non neceſſe habetis vt ſcribam vobis. Ipſi nanqꝫ diuinitus docti eſtis/vt diligatis vos inuicem. Nam et facitis hoc erga cunc-tos fratres/qui ſunt in tota Macedonia Obſecramus autem vos fratres/vt abundetis magis/et in hoc incumbatis/vt quieti ſitis/et agatis res proprias/ et operemini proprijs manibꝰ veſtris/ſicuti vobis precepimus/vt vos geratis honeſte erga extrarios/et nulla re vobis ſit opus. Ceterum nolo vos ignorare fratres de iis/ qui obdormierunt/ne doleatis/ quemadmodum et ceteri non habentes ſpem. Nam ſi credimus ꝙ Jeſus mortuus eſt et reſurrexit/ ſic et deus eos qui obdormierunt per Jeſum adducet cum illo. Hoc enim vobis di-cimus in verbo domini/ ꝙ nos qui viuemus et reliqui erimus in aduentum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

1. Theſs. 5.

domini/ nequaq̃ꝫ preueniemus eos qui dormiunt. Quoniam ipſe dominus cum hortatu/ et voce archangeli/ ac tuba dei deſcendet de celo/ et mortui in Chriſto reſurgent primū/ deinde nos qui viuemus/ qui reliqui erimus/ ſimul cum illis rapiemur in nubibus in occurſum dn̄i in aera/ et ſic ſemper cum domino erimus. Proinde conſolemini vos mutuo ſermonibus his.

Caput Quintum

PEro de temporibus et articulis temporum fratres/ non eſt opus vt vobis ſcribam. Ipſi enim plane ſ[n]itis/ ꝙ dies ille dn̄i vt fur in nocte/ ita venturus ſit Cum enim dixerint/ pax et tuta omnia/ tunc repentinus eis imminet interitꝰ/ ſicut dolor partus mulieri pregnāti/ nec effugient. At vos fratres non eſtis in tenebris/ vt dies ille vos tanq̃ꝫ fur opprimat Oēs vos filij lucis eſtis ac filij diei/ non ſumus noctis/ neqꝫ tenebrarum. Proinde ne dormiamus/ ſicut et ceteri/ ſed vigilemus et ſobrij ſimus Nam qui dormiunt/ nocte dormiunt/ et qui inebriantur/ noctu ſunt ebrij At nos qui ſumus diei/ ſobrij ſimus/ induti thoracem fidei et charitatis/ et pro galea ſpem ſalutis.

Filij lucis et diei ſunt/ qui fide illuminati/ et charitate feruidi/ perdurant in innocentia vite/ ſemper facientes opera dei/ Filij vero noctis et tenebrarum ſūt tantū nomine Chriſtiani/ reuera autē filij diaboli/ in finem vſqꝫ illius opera faciētes/ que ſunt opera noctis et tenebrarum/

F

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Quoniam nō conſtituit nos deūs/ vt iram nobis cōcitemus / ſed vt ſalutem
conſequamur per dominum nr̄m Jeſum Chr̄m/ qui mortuus eſt pro nobis/
vt ſiue vigilemus/ ſiue dormiamꝰ/ ſimul cum illo viuamꝰ Quapropter adhorte
mini vos mutuo/ et edificetis ſinguli ſingulos/ ſicut et facitis Rogamꝰ autem
vos fratres/ vt agnoſcatis eos/ qui laborāt inter vos/ et qui preſunt vobis in
dn̄o et admonent vos/ vt habeatis illos in ſūmo pretio per charitatē propter
opus illorum/ pacem habete cum illis. Obſecramus aūt vos fratres/ monete
inordinatos/ conſolamini puſillanimes/ ſubleuate infirmos/ patientes eſtote
erga omnes. Videte ne quis malum pro malo cuipiam reddat/ ſed ſemper
quod bonum eſt ſectemini/ tum erga vos inuicem/ tum erga omnes. Semper
gaudete/ indeſinenter orate/ in omnibus gratias agite. Hec enim eſt voluntas
dei per Chriſtum Jeſum erga vos Spiritum ne extinguatis/ prophetias ne
aſpernemini Omnia probate/ quod bonū fuerit tenete Ab omni ſpetie mala
abſtinete. Jpſe aūt deus pacis ſanctificet vos totos Et integer veſter ſpiritꝰ
et anima/ et corpus/ ita vt in nullo poſſitis culpari in aduentum dn̄i nr̄i Jeſu

Hoc ſentit de predicatoribus et docto-
ribus fidei et verbi dei/ quos conuenit
eſſe in ſummo pretio/ ac vitam agere in
maxima pace et tranquillitate ob dig-
nitatem officij quod adminiſtrant/

Hic docet abſtinendum eſſe non ſolum
a rebus per ſe malis/ ſed etiam ab his
que vere mala nō ſunt/ ſed tamen ſpe-
tiem mali habēt/ aut reuera/ aut etiam
alterius erronea conſcientia/ Cui non
eſt ponendum offendiculum/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt qui vocauit vos/ qui idem efficiet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes cum oſculo ſancto. Adiuro vos per dominum/ vt recitetur hec epiſtola omnibus ſanctis fratribus. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti ſit vobiſcum/ Amen.

Finis epiſtole prioris ad Theſſalonicenſes.

In epiſtolam Pauli ad Theſſalonicenſes poſteriorem argumentum per Eraſmum Roterodamum

Quoniam non contigit Paulo facultas reuiſendi Theſſalonicenſes/ per epiſtolam confirmat illorum animos/ vt fortiter ferant illatas ob Chriſtũ afflictiones/ nec ipſis defuturum premium/ nec aduerſariis vindictam. Rurſum de die aduentus domini/ de quo nõnihil attigerat in epiſtola ſuperiori/ monet/ ne quid commouerentur quorundam dictis/ qui aſſeuerabant illum iam inſtare/ tecte/ ſicuti putant/ſignificans/prius abolendum Romanum imperium/ ac deinde venturum Antichriſtum/ Attentius etiam inculcat coercendos eſſe/ qui otio et curioſitate ſua turbarent quietem et ordinem publicum/ et ad opus adigendos/ cum ipſe Paulus apud eos manibus ſuis laborarit. Scripſit Athenis per eoſdem/ per quos miſit priorem epiſtolam/ vt noſtra docent argumenta.

Ad Theſſalonicenſes epiſtola ſecunda Caput primum

PAulus et Siluanus ac Timotheus/ eccleſie Theſſalonicenſiũ in deo patre noſtro et domino Jeſu Chriſto. Gratia ſit vobis et pax a deo patre noſtro et domino Jeſu Chriſto. Gratias agere debemus deo ſemper de vobis fratres/ vt par eſt/ ꝙ vehementer augeſcit fides veſtra/ et exuberat

Quando paulus dicit/ in hoc vt digni habeamini regno dei/ pro quo et patimini / palam intelligimus meritorum rationē / contra illos qui negant omne meritū/ et ideo ſequitur in Paulo/ Siquidem iuſtum eſt apud deū/ reddere ijs qui affligunt vos/ afflictionem/ et vobis qui affligimini relaxationem nobiſcum.

mutua veſtra omnium charitas/ cuiuſqꝫ in alterum/ adeo vt noſipſi de vobis gloriemur in eccleſiis dei/ de tolerantia veſtra et fide/ ſuper omnibus perſecutionibus veſtris/ et afflictionibus/ quas ſuſtinetis/ documentum iuſti iudicij dei/ in hoc vt digni habeamini regno dei/ pro quo et patimini. Siquidem iuſtum eſt apud deum/ reddere ijs qui affligunt vos afflictionem/ et vobis qui affligimini relaxationem nobiſcum / cum renelabitur dominus Jeſus de celo/ cum angelis potentie ſue/ cum incendio flamme/ qui infligit vltionem ijs/ qui non nouerunt deum et qui non obediunt euangelio domini noſtri Jeſu Chriſti/ qui penam luent/ interitum eternum/ a facie domini/ et a gloria fortitudinis illius/ cum venerit vt glorificetur in ſanctis ſuis/ et admirandus fiat in omnibus credentibus/ ꝙ fides habita ſit teſtimonio noſtro erga vos in die illo/ ad quod etiam oramus ſemper pro vobis/ vt vos dignos habeat iſta vocatione deus noſter/ et compleat omne bonum propoſitum bonitatis/ et opus fidei cum potentia/ vt illuſtretur nomen domini noſtri Jeſu Chriſti per vos/ et vos per illum/ iuxta gratiam dei noſtri et dñi Jeſu Chriſti.

Caput Secundum.

ROgamus autem vos fratres per aduentum dñi noſtri Jeſu Chriſti
et noſtri aggregationem in illum/ ne cito dimoueamini a mente/ neq; turbe
mini/ neq; per ſpiritum/ neq; per ſermonem/ neq; per epiſtolam/ tanq̃
a nobis profectam/ quaſi inſtet dies Chriſti/ ne quis vos decipiat vllo modo
quoniam non adueniet dñs/ niſi venerit defectio prius/ et reuelatus fuerit
homo ille ſceleroſus/ filius perditus/ qui eſt aduerſarius/ et effertur aduerſus
omnem/ qui dicitur deus aut numen/ adeo vt in templo dei ſedeat/ oſtentãs
ſeipſum eſſe deum An non meminiſtis/ ꝙ cum adhuc eſſem apud vos/ hec
dixerim vobis? Et nunc quid detineat ſcitis/ nempe vt ille reueletur in ſuo
tempore Nam myſteriũ nunc agit iniquitatis/ tantum qui tenet/in preſentia
teneat/ donec e medio tollatur/ et tunc patefiet iniquus ille/ quem dominus
conficiet ſpiritu oris ſui/ et abolebit claritate aduentus ſui/ cuius eſt aduẽt⁹
ſecundũ operationẽ ſatane/ cum omnipotentia/ et ſignis ac prodigiis menda
cibus/ et cum omni deceptione iniuſtitie/ in iis qui pereũt/ pro eo ꝙ dilectionẽ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

veritatis non receperunt in hoc/vt ſalui fierent Et propterea mittet illis deꝰ efficaciam illuſionis/ vt credant mendatio/vt iudicentur omnes qui non cre⁄diderunt veritati/ ſed approbauerunt iniuſtitiam Nos autem debemus gratias agere deo ſemper de vobis fratres dilecti a domino/ ꝙ elegerit vos deꝰ ab initio in ſalutem/ per ſanctificationem ſpiritus / ac fidem veritatis / ad quod vocauit vos per euangelium noſtrum/ in acquiſitionem glorie domini noſtri Jeſu Chriſti. Itaqꝫ fratres ſtate/et tenete inſtitutiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem/ ſiue per epiſtolam noſtram Ipſe vero dominus noſter Jeſus Chriſtus/et deus ac pater noſter/ qui dilexit nos/ et dedit conſolationem eternam/ et ſpem bonam per gratiam/ conſoletur veſtra corda/ et ſtabiliat vos in omni ſermone et opere bono.

Apparet hoc loco multa ſolo ſermone ab apoſtolo tradita ſine ſcriptura/ que iam longo vſu fidelium/parem obtinuerunt cum ſanctis ſcripturis authoritatem/ cuiuſmodi ſunt ſacramentorum ritus/ac honeſte et ſobrie viuendi inſtituta.

Caput Tertium.

QUod ſuper eſt/ orate fratres pro nobis/ vt ſermo domini currat et glorificetur/ſicut et apud vos/et vt eripiamur ab abſurdis ac peruerſis hominibus Non enim omnium eſt fides / ſed fidelis eſt dominus/ qui ſtabiliet vos/ et cuſtodiet a malo. Confidimus autem per dominum de vobis/ ꝙ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

2 Theſs. 3

que precipimus vobis/et faciatis/et facturi ſitis Porro dñs dirigat veſtra corda in dilectionem dei/ et in expectationem Chri. Precipim⁹ autem vobis fratres/ per nomen domini noſtri Jeſu Chriſti/ vt ſubducatis vos ab omni fratre/qui inordinate ſe gerit/et non iuxta inſtitutionē quam accepit a nobis Nam ipſi ſcitis/quomodo oporteat imitari nos/quoniā non inordinate geſſimus nos inter vos/neq; gratis panem accepimus a quoq;/ ſed cum labore et ſudore nocte dieq; facientes opus/ ad hoc/ ne cui veſtrum eſſemus oneri. Non/ ꝙ id nobis non liceat/ſed vt noſmetipſos formam exhiberem⁹ vobis ad imitandum nos. Etenim cum eſſemus apud vos/hoc precipiebamus vobis/vt ſi quis nollet operari/is nec ederet. Audiuimus enim quoſdam verſantes inter vos inordinate/nihil operis facientes/ſed curioſe agentes His autem qui ſunt iſtiuſmodi/precipimus et obſecramus per dominum noſtrum Jeſum Chrm/vt cum quiete operantes/ ſuum ipſorum panem edant. Vos autem fratres/ne defatigemini in benefaciendo/ꝙ ſi quis non obedit ſermoni noſtro/ per epiſtolam hunc indicate/et ne commertium habeatis cum illo

Hic apoſtolus nō precipit fidelibus vt panem lucrentur opere manuario aut arte ſedentaria (vt quidam volunt) ſed prohibet iners otiū/et vanam curioſitatem/ que cauſam preſtant inordinate viuēdi/vt enim diuerſa ſunt membra/ ita membrorum diſtincta opera/ neq; vna omnibus membris congruit operatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

vt pudore ſuffundatur / neqꝫ velut inimicum habeatis/ ſed admonete vt

fratrē. Ipſe autem dominus pacis det vobis pacem ſemper/omnibus modis

Dominus ſit cum omnibus vobis Salutatio mea manu Pauli/ quod eſt

ſignum in omni epiſtola. Ita ſcribo. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti ſit

cum omnibus vobis/ AMEN.

Finis epiſtole poſterioris ad Theſſalonicenſes.

In epiſtolam priorem ad Timotheum argumentum per Eraſmum Roterodamum

Timotheum matre Judea/ſed Chriſtiana/patre Greco/ Paulus in miniſterium adoptarat/ probe indolis iuuenem/ et ſacris litteris eruditum/ quem tamen ob Judeos coactus eſt circumcidere. Quoniam autem huic eccleſiarū curam delegarat/ ſicut et Tito/ quas ipſe non poterat adire/ inſtituit eum in functione epiſcopali et in diſciplina eccleſie/ non ſic admonens vt diſcipulum/ ſed vt filium/et collegam. Id quo cum maiore faciat autoritate/ſubinde apoſtolicam autoritatē ſibi vindicat. Admonet autem/ vt reiectis/ qui Judaicas fabulas inueherēt/ ea doceret/ que eſſent fidei et charitatis/ deinde principum/ licet ethnicorum/autoritatem (quoniam hinc pendebat ordo ciuitatis/ et tranquillitas rei publice) adeo non ſpernandam Chriſtianis/ vt pro his orari iubeat. Quid viros deceat in cetu ecclſiaſtico/ quid mulieres/ preſcribit. Epiſcopum depingit cum ſua familia. Atqꝫ hec ferme tribus primis capitibus. Deinde admonet/ ne recipiat Judaicas fabulas/ de ciborum delectu/ de vitando coniugio. Mox docet/qualem ſe preſtare debeat erga grandes natu viros/erga iuuenes/erga anus/ erga puellas/ erga viduas diuites ac pauperes/ et eccleſie ſtipe alendas/ erga adoleſcentiores et ſuſpecte etiamnū etatis. Ad hec preſcribit/quid precipere debeat dominis/quid ſeruis/ quid diuitibus/ admonens modis omnibus reiiciendas cōtencioſas queſtiones ſophiſtarum/ inani doctrine ſpetie ſeſe venditantiū. Scribit e Laodicea per Tychicū diaconum.

Ad Timotheum epiſtola prima.

PAulus apoſtolus Jeſu Chriſti/ iuxta delegationem dei ſeruatoris noſtri et domini Jeſu Chriſti/ qui eſt ſpes noſtra/ Timotheo germano filio in fide. Gratia/ miſericordia/ pax a deo patre noſtro et domino Jeſu Chriſto domino noſtro/ Quemadmodum rogaui te/ vt remaneres Epheſi/ cum proficiſcerer in Macedoniam/ ita facito/ vt denunties quibuſdam/ ne diuerſam ſequantur doctrinam/ nec attendant fabulis/ et genealogiis nunq̄ȝ finiendis/ que queſtiones prebent magis q̄ȝ edificatio͞em dei/ que eſt per fidem. Porro finis precepti/ eſt charitas ex puro corde/ et conſcientia bona/ et fide nō ſimulata/ a quibus q̄ aberrarunt quidam/ deflexerunt ad vaniloquium/ volentes eſſe legis doctores/ non intelligentes que loquuntur/ neq̄ȝ de quibus aſſeuerant. Scimus autem q̄ bona ſit lex/ ſi quis ea legitime vtatur/ ſciens illud/ q̄ iuſto lex non ſit poſita/ ſed iniuſtis et inobſequentibus impijs et peccatoribus/ irreuerentibus et profanis/ patricidis/ et matricidis/ homicidis/ ſcortatoribus/ maſculorum cōcubitoribus/ plagiarijs/ mendacibus/ periuris/ et ſi quid aliud eſt/ quod ſane doctrine aduerſetur ſecundum

Qui adhuc ſeruiunt huiuſmodi craſſis vicijs quamuis olim baptizati/ omnibuſq̄ȝ ſacris Chriſtiane religionis iniciati fuerint/ adhuc ſunt ſub legis obligatione/ quando fides ad ſalutē nullis prodeſt/ niſi ſeruantibus innocentiam vite/ et perſeuerantibus in ſtudio pietatis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

euangelium glorie beati dei/ quod concreditum eſt mihi Et gratiam habeo/
qui me potentem reddidit Chriſto Jeſu domino noſtro/ quia fidelem me iudi
cauit ponendo in miniſterium/ qui prius eram blaſphem⁹/ et perſecutor et vi
olentus/ ſed et miſericordiam adeptus ſum/ q̄ ignorans fecerim per incredu
litatem Exuberauit autem ſupra modum gratia dn̄i noſtri cum fide et dilec
tione/ que eſt per Chriſtum Jeſum Certus ſermo et dignus/ quem modis
omnibus amplectamur/ q̄ Chriſtus Jeſus venit in mundum vt peccatores
ſaluos faceret/ quorum primus ſum ego. Uerum ideo miſericordiam ſum
adeptus/ vt in me primo oſtenderet Jeſus Chriſtus omnem clementiam/ ad
exprimendum exemplar his/ qui credituri eſſent in ipſo in vitam eternam.
Regi autem ſeculorum immortali/ inuiſibili/ ſoli ſapienti deo honor/ gloria
in ſecula ſeculorum Amen. Hoc preceptum commendo tibi fili Timothee/
iuxta prophetias que de te preceſſerunt/ vt milites in eis bonā militiam ha
bens fidem et bonam conſcientiam/ qua repulſa nonnulli circa fidem naufra
gium fecerunt/ quorum de numero eſt Hymeneus et Alexāder/ quos tradidi

I. Tim 2

ſatane/ vt diſcant non maledicere.

Caput Secundum

Adhortor igitur/ vt ante omnia fiant deprecationes/ obſecrationes interpellationes/ gratiarū actiones pro oībus hominib⁹/ pro regib⁹ et omnib⁹ in eminentia conſtitutis/ vt placidam ac quietam vitam degamus cum omni pietate et honeſtate. Nam hoc bonum eſt et acceptum coram ſeruatore nr̄o deo/ qui cunctos homines vult ſaluos fieri/ et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus/ vnus etiam conciliator dei et hominum/ homo Chriſt⁹ Jeſus/ qui dedit ſemetipſum pretium redemptionis pro omnibus/ vt eſſet teſtimonium temporibus ſuis/ in quod poſitus ſum ego preco et apoſtolus/ veritatem dico in Chriſto/ non mentior/ doctor gentium cum fide et veritate. Uolo igitur orare viros in omni loco/ ſuſtollentes puras manus abſq; ira et deceptione. Conſimiliter et mulieres in amictu modeſto/ cum verecundia et caſtitate ornare ſemetipſas/ non tortis crinibus/ aut auro/ aut margaritis/ aut veſtitu ſumptuoſo/ ſed quod decet mulieres profitentes pietatē per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Ceterum mulieri

Cum ex multis locis epiſtolarū Pauli deprehenditur quanta ſit efficatia obſecrationū/ tum precipue ex hoc loco/ quo tam diligēter hortatur ad eaſdem vt ante omnia velit fieri deprecationes ꝛc. etiam pro ethnicis principibus/ nedum fidelibus

Indicat non omnes orationes eſſe gratas deo et apud deum efficaces / Nam qui manus habent ſanguine/ rapina et iniquitate plenas fruſtra orant/ et quicoꝛ habent odio ira/ac malis cupiditatibus obſeſſū/ etiam ſine fructu orant/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

docere non permitto/ neq; authoritatem vſurpare in viros/ ſed eſſe in ſilentio.

> Si mulieri Paulus non permittit authoritatem docendi/ nec vt alibi dicit poteſtatem loquendi in cetu virorum/ multo minus permitteret eidem officium cantillandi in templis/ ac vocibus et mobili gutture laſciuiendi/

Adam enim prior formatus eſt/ deinde Eua/ et Adam nō fuit deceptus/ ſed mulier ſeducta/ obnoxia facta eſt transgreſſioni/ ſalua tamen fiet per generationem liberorum/ ſi manſerint in fide ac dilectione et ſanctificatione cum caſtitate.

Caput Secundum [Tertium]

Indubitatus ſermo. Si quis epiſcopi munus appetit honeſtū opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem eſſe/ vnius vxoris maritum/ vigilantem/ ſobrium/ modeſtum/ hoſpitalem/ aptum ad docendum/ non vinolentum/ non percuſſorem/ non turpiter lucri cupidum/ ſed equum/ alienum a pugnis/ alienum ab auaritia/ qui bene ſue domui preſit/ qui liberos habeat in ſubiectione cum omni reuerentia. Nā ſi quis proprie domui preeſſe non nouit/ quomodo eccleſiam dei curabit? Non nouitium/ ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum et bonum habere teſtimonium ab extraneis/ ne in probrum incidat/ et laqueum calumniatoris. Miniſtros itidem compoſitos/ non bilingues/ nō multo

> Non hoc vult Paulus/ vt oporteat epiſcopum eſſe maritum/ ſed hoc ſentit vt ſi non contingat epiſcopus celebs (ſi tamē ceteris dotibus ſit preditus) tūc is eligatur qui vnicam tantum habuerat vxorē/ primum enim coniugiū videtur ſoboli propagande datū/ ſecundū vero vix caret ſuſpicione incontinentie/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

vino deditos/ non turpiter lucri auidos/ tenentes myſterium fidei cum pura
conſcientia/ atq; hi probentur primus/ deinde miniſtrent ſic/ vt nemo poſſit
illos criminari. Uxores ſimiliter modeſtas/ non calūnioſas/ ſobrias/ fidas
in oībus. Diaconi ſint vnius vxoris mariti/ qui liberis recte preſint/ et pro
priis familiis. Nam qui bene miniſtrauerint/ gradum ſibi bonū acquirunt/ et
multam libertatem in fide/ que eſt in Chriſto Jeſu. Hec tibi ſcribo/ ſperans
fore/ vt veniam ad te cito/ ꝙ ſi tardius venero/ vt noris quomodo oporteat
in domo dei verſari/ que eſt eccleſia dei viuentis/ colūna et ſtabilimentum ve
ritatis. Et citra cōtrouerſiam magnum eſt pietatis myſterium. Deus mani
feſtus eſt in carne/ iuſtificatus eſt ſpiritu/ viſus eſt angelis/ predicatus eſt
gentibus/ fides illi habita eſt in mundo/ receptus eſt in gloria.

Ex hac Pauli doctrina palam fit/ illos nō vt dignum eſt/ verſari in domo dei/ qui neglecta honeſtate vite/ vno contempta omni diſciplina/ etiam rident doctrinam morum/

Caput Quartum

Spiritus aūt certo loquitur/ ꝙ in poſterioribus tēporib⁹ deſciſcent
quidā a fide/ attendētes ſpiritibus impoſtorib⁹/ ac doctrinis demoniorum/
per ſimulationem falſiloquorum/ cauterio notatam habentium conſcientiam

B

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

De errore Encratitarum et Phrigianorum poſtea exorto/ hic loquitur/ qui nuptias et cibos damnabant/ pietatis pretextu/ tanq̃ res per ſe malas/ Erant igitur qui hanc predictionem in celibatum ſacerdotum torquēt / atq; in ieiunia chriſtianorum / quando illi nullo errore abſtinent vel a cibis vel a nuptiis/

prohibentium cōtrahere matrimonium/ iubentium abſtinere a cibis/ quos deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus/ et his qui cognouerunt veritatē/ q̃ quicquid creauit deus/ bonum ſit/ et nihil reiiciendum ſi cum gratiarum actione ſumatur. Sanctificatur enim per ſermonem dei ac precationem. De his/ ſi commonefeceris fratres/ bonus eris miniſter Jeſu Chriſti/ enutritus in ſermonibus fidei/ boneq; doctrine/ quam vſq; ſecutus es. Ceterum profanas et aniles fabulas reiice/ quin potius exerce temetipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis/ at pietas ad omnia vtilis eſt/ vt que promiſſiones habeat vite preſentis ac future. Indubitatus ſermo/ dignuſq; qui omnib⁹ modis approbetur Nam in hoc et laboramus et probris afficimur/ q̃ ſpem fixam habem⁹ in deo viuente/ qui eſt ſeruator omnium hominum/ maxime fidelium/ Precipe hec et doce. Nemo tuam iuuentutem deſpiciat/ ſed eſto forma fidelium in ſermone/ in conuerſatione/ in dilectione/ in ſpiritu/ in fide/ in puritate/ Donec venero/ attende lectioni/ exhortationi/ doctrine. Ne neglexeris

Ut ſi aliquis ieiunat/ vigilat/ orat/ interim alienus a charitate/ miſericordia/ et puritate ac pietate mentis/ plenus auaritia/ furore/ odio/ impatiētia. Corporalia enim ſine ſpiritualibus bonis parum habent vtilitatis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

quod in te eſt donum/ quod datum eſt tibi per prophetiam cum impoſitio
ne manuum/ authoritate ſacerdotij. Hec exerce/ in his eſto/ vt tuus pro
fectus manifeſtus ſit in omnibus. Attende tibiipſi et doctrine/ perſiſte in
his. Nam ſi id feceris/ teipſum ſeruabis/ et eos qui te audierint.

Id qui ſummam habent diuinorum poteſtatem nimirum epiſcopi fundētes ſacra precamina/ ac diuinam implorantes opem ſuper perficiendos cū impoſitione manuum/ prophetie et ſcientie donum adminiſtrabant.

Caput Quintum

Seniorem ne ſenius obiurges/ ſed adhortare vt patrem/ iuniores
vt fratres Mulieres natu grandiores vt matres/ iuniores vt ſorores cū omni
caſtitate. Viduas honora/ que vere vidue ſunt. Q̄d ſi qua vidua liberos aut
nepotes habet/ diſcant primū ꝓpriā domum pie tractare/ et vicem rependere
maioribꝰ. Hoc enim eſt honeſtum et acceptum coram deo. Porro que vere
vidua eſt ac deſolata/ ſperat in deo/ et perſeuerat in obſecrationibus ac pre
cationibus noctu dieqꝫ. Porro que in delicijs verſatur/ ea viuens mortua eſt
Et hec precipe vt irreprehenſibiles ſint. ꝙ ſi qua ſuis et maxime familiaribus
non prouidet/ fidem abnegauit/ et eſt infideli deterior Vidua allegatur nō
minor annis ſexaginta/ que fuerit vniꝰ viri vxor in operibꝰ bonis hominum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

teſtimonio cōprobata/ ſi filios educauit/ ſi fuit hoſpitalis/ ſi ſanctorum pedes
lauit/ ſi afflictis ſubminiſtrauit/ ſi in omni opere bono fuit aſſidua. Porro
iuniores viduas reiice/ cum enim laſciuire ceperint aduerſus Chr̄m/ nubere
volunt/ habentes condemnationem/ ꝙ primam fidem reiecerint/ ſimul autem
et otioſe diſcunt circumire domos. Imo nō ſolum otioſe/ verūetiam garrule
et curioſe/ loquentes que non oportet. Volo igitur iuniores nubere/ libe-
ros gignere/ domum adminiſtrare/ nullā occaſionem dare aduerſario/ vt ha-
beat maledicendi cauſam/ iam enim nonnulle defluxerūt/ ſecute ſatanam. Nō ſi
quis fidelis/ aut ſi qua fidelis habet viduas/ ſuppeditet illis/ et non oneretur
eccleſia/ vt his que vere vidue ſunt/ ſuppetat. Qui bene preſunt preſbyteri/
duplici honorē digni habeantur/ maxime hi/ qui laborant in ſermone et doc-
trina, Dicit enim ſcriptura. Boui triturāti nō obligabis os/ et dignus eſt
operarius mercede ſua. Aduerſus preſbyterū accuſationem ne admiſeris/ niſi
ſub duobus aut trib⁹ teſtibus Eos qui peccāt coram oībus argue/ vt et ceteri
timorem habeant Obteſtor in conſpectu dei et domini Jeſu Chriſti/

Honorem hoc loco et aliis aliquot locis Paulus vſurpat pro ſubſidio/ quod debetur iis/ qui ſucceſſerunt in vices apoſtolorum ac diſcipulorum Chriſti ne ſuſpicemur illum loqui de honore reuerentie tantum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

et electorū angelorum vt hec ſerues ſine precipitatione iudicij/ nihil faciens
iuxta propenſionē animi Manus cito ne cui imponas/ neqꝫ cōmunices pecca
tis alienis. Temetipſum purum ſerua. Ne poſthac bibas aquam/ ſed vino
paulo vtere propter ſtomacū tuum et crebras tuas infirmitates. Quorūdam
hominum peccata ante manifeſta ſunt/ precedentia ad iudicium/ quoſdam
vero et ſequuntur. Conſimiliter et bona opera ante manifeſta ſunt/ et ea
que ſecus habent/ occultari non poſſunt.

Caput Sextum

Quicūqꝫ ſub iugo ſunt ſerui/ ſuos dños omni honore dignos ducāt
ne nomē dei et doctrina male audiat Qui vero fideles habēt dños/ ne cōtem
nant ꝙ fratres ſint/ ſed magis inſeruiāt/ ꝙ fideles ſint ac dilecti/ qui benefi
cētie participes ſunt. Hec doce et exhortare Si quis diuerſam ſequitur doctri
nam et nō accedit ſanis ſermonib9 dñi nr̄i Jeſu Chr̄i/ et ei que ſecundū pieta
tem eſt ſane doctrine/ is inflat9 eſt nihil ſciēs/ ſed inſaniens circa queſtiones
ac diſputationum pugnas/ ex quibus naſcitur inuidia/ contencio/ maledicētia
ſuſpitiōes male/ ſuperuacanee cōflictiones hominū mente corruptorū et quib9

Oſtendit Chriſti doctrinam que ſecundum pietatem eſt/ eſſe tam ſimplicem/ vt qui queſtionibus inutilibus illam ſtudio obſcurant inflati ſint/ nihil ſcientes/ ſed magis inſanientes/ vult enim ſcriptura magis operibus preſtari/ ꝙ verboſis queſtionibus diſputari/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

adempta eſt veritas/ qui exiſtimant queſtum eſſe pietatem. Seiungere ab eis qui eiuſmodi ſunt. Eſt autem queſtus magnus/ pietas cum animo ſua ſorte contento. Nihil enim intulimus in mundũ/ videlicet nec efferre quicq̃ poſſumus/ ſed habentes alimenta/ et quibus tegamur/ his contenti erimus. Ceterum qui volunt diteſcere/ incidunt in tentationem et laqueum/ et cupiditates multas ſtultas/ ac noxias/ que demergunt homines in exitium et interitum. Siquidem radix omnium malorum eſt ſtudium pecunie/ quã quidem dum appetunt/ aberrauerunt a fide/ et ſeipſos implicuerunt dolorib⁹ multis. Tu vero homo dei/ iſta fuge/ ſectare autem iuſtitiam/ pietatem/ fidem charitatem/ patientiam/ manſuetudinem/ certa bonũ certamen fidei/ apprehẽde vitam eternã/ ad quã et vocatus es/ et profeſſus es bonã profeſſionem coram multis teſtibus. Precipio tibi in conſpectu dei qui viuificat omnia/ et Jeſu Chriſti/ qui teſtatam fecit ſub Põtio Pilato bonam profeſſionem/ vt ſerues preceptum/ immaculatus/ irreprehenſibilis vſq̃ ad apparitionem domini noſtri Jeſu Chriſti/ quam temporibus ſuis oſtẽſurus eſt ille beatus et ſolus

Hec eſt auarorum lectio/ qui nunq̃ ſatiantr huius ſeculi bonis/ qui per phas et nephas aliena rapiunt ſi poſſunt/ affectant ſi non poſſunt/ qui copulant agrũ agro tanq̃ ſoli terram poſſeſſuri/ qui theſaurizant et ignorant cui congregant illa/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

princeps/ rex regnantium/ et dominus dominantium/ qui ſolus habet immortalitatem/ lucem habitans inacceſſam/ quem vidit nemo hominum neqꝫ videre poteſt/ cui honor et imperium ſempiternū. Amen. His qui diuites ſunt in preſenti ſeculo precipe/ ne elato ſint animo/ neqꝫ ſpem ponāt in diuitiis incertis/ ſed in deo viuente/ qui prebet nobis oīa affatim ad fruendū/ vt bene faciant/ vt diuites ſint operibꝰ bonis/ vt faciles ſint ad impertiendū/ libenter communicantes/ recondentes ſibiipſis fundamentum bonum in poſterum/ vt apprehendant eternam vitam. O Thimothee depoſitum ſerua/ deuitans profanas vocum inanitates/ et oppoſitiones falſo nominate ſcientie/ quam nonnulli profitentes/ circa fidem aberrauerunt. Gratia ſit tecum AMEN

Qui facultatibus/ fūdis/ agris/ vineis caſtris et domibus diuites ſunt/ laruas tantum habent diuitiarum/ qui vero bonis operibus diteſcere ſtudent/ hi demum veras diuitias (que nunq̄ veteraſcunt) poſſidebunt.

Finis epiſtole prioris ad Timotheum.

In epiſtolam ad Timotheum poſteriorem argumentum per Eraſmum Roterodamum

Quoniam in ſuperiori epiſtola ſpē ſui reditus fecerat Timotheo/apud Epheſios agenti/nec fuit eius preſtandi facultas/ꝙ Rome in vinculis haberetur/ literis eum confirmat/ ne perſecutionum procellis deiiciatur/ ſed ſuo exemplo animum ad martyrium preparet. Inſtare enim tempora periculoſa ob quoſdam/ pietatis pretextu veram pietatem ſubuertentes. Itaqꝫ ſeſe iactantes/ quaſi in verbis ſit Chriſtiana religio/ ac non potius in animi puritate. Deinde teſtatus/ imminere diem obitus ſui/ſeqꝫ iam a plerisqꝫ deſtitutum/iubet vt Timotheus vna cum Marco propere ad ſe Romam veniat. Scripſit Rome/ cum iterum ad Neronis tribunal ſiſteretur.

Pauli apoſtoli ad Timotheum epiſtola ſecunda Caput primum

PAulus apoſtolus Jeſu Chriſti/ per voluntatem dei/ ſecundum promiſſionem vite que eſt in Chriſto Jeſu/ Timotheo dilecto filio. Gratia/ miſericordia/ pax/ a deo patre/ et Chr̄o Jeſu dn̄o noſtro. Gratiam habeo deo/ cui ſeruio a maioribus cum pura conſcientia/ ꝙ citra vllam intermiſſionem faciam de te mentionem in precationibus meis noctu dieqꝫ deſiderans te videre/ memor tuarum lachrymarum/ vt gaudio replear/ vbi cōmonefactus fuero eius/ que eſt in te non ſimulate fidei/ que habitauit primum in auia tua Loide/ et matre tua Eunica/ certum autem ſcio/ ꝙ in te quoqꝫ. Quam ob cauſam cōmonefacio te/ vt ſuſcites donum dei/ quod eſt in te per

Ab iis qui pluſqꝫ Chriſtiani ſibi videntur facile rideretur hec Pauli pietas/ qua charitate impulſus orauerit ſine intermiſſione/ quando etiam pietas quorundam mediocriter orantium nūc paſſim ridetur proqꝫ ſtulticia et inſania habetur/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Foto A 266

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 10 2° (LN 205 2° copy 2)